

mentum intervenit cap. Præterea 12. de Sponsalibus.
 Alias dictum unius sicut & fama impedit Matrimonium
 contrahendum, cap. Super. eo. 22. §. 1. de Testibus.
 Hæc dicta Glossa, Reiffensuel loc. cit. num. 411. Panimol. dec. 19. adnotat. 3. num. 4. cum plurimis ibi allegatis; Sanchez de Matrim. lib. 1. disput. 72. num. 13. Maschard. de probationibus lib. 2. concl. 1031. num. 11. & 12. Piasecius in prax. Episc. part. 2. cap. 4. num. 39. vers. Sic & si in contrarium, Ventriglia tom. 2. de testibus in caus. Matrimonial. annotat. 3. §. 1. num. 18. & alii passim.

27 Immo fama impedimenti sufficit sine alia probatione ad impediendum matrimonium inter sponso, etiamsi sponsalia fuerint firmata juramento, ut colligitur ex c. Super eo 2. de consanguinit. & affini. ubi deciditur, famam impedire matrimonium contrahendum, fide interpretata, & ibi Glossa in verb. Fide explicat, id est juramentum. Sic Doctores in eodem textu, præsertim Card. in fine, Abbas num. 5. Covarr. 4. decretal. 4. part. c. 6. §. 19. num. 11. Maschard. de probationibus 1035. n. 12. Bossius de matrim. c. 7. §. 13. num. 124. & 125. cum seq. Piasec. loc. cit. Hurtad. de matrim. disput. 3. num. 68. vers. Sic addidimus, Gutierrez de matrim. c. 36. n. 13. & 14. Panimoll. loc. cit. num. 19. Sanchez loc. cit. n. 14. ubi dicit, non esse attendendum Palludanum contrarium tenentem.

28 Et de facto non adversatur textus in cap. Cum in tua 27. de sponsalibus, ubi videtur disponi, quod ultra personam fide dignam requiratur fama ad impediendum sponsalia juramento firmata, ut præterit dictus Paludanus in 4. dist. 27. quest. 1. art. 3. casu 9. n. 27. Non adversatur, inquam, quia ibi persona fide digna non designatur ut testis, sed tamquam denunciator, ut patet ex ipsismet verbis textus, ibi: "Quod si persona gravis, cui fides sit adhibenda, tibi denunciaverit inquit, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingant, & de fama, vel scandalo doctet." Unde potius colligitur ex verbis textus, Innocentium III. disposuisse quod etiam sola fama sufficiat, si à denunciatore fide digno justificata fuerit, ut explicat Gloss. ibidem verb. De fama; Et sola fama impedit matrimonium. Et ex Alexandro de Nevo, Gutierrez, Barbosa, Sanchez tradit Bossius de matrim. cap. 7. §. 32. num. 125. vers. Neque obstat: Panimol. loc. cit. num. 5. (Vid. ad præcedentia ex num. 26. concordantes leg. 18. 19. & 20. tit. 9. p. 4.)

29 Ut autem fama sufficiat pro plena probatione ad impediendum matrimonium contrahendum, non debet esse privata, ut si de ea constet Judici ut privato, aut Juxde de illa à multis in privato audiverit, sed est justificanda per legitimas probationes: Sic Glossa & Doctores in citat. cap. Cum in tua 27. de sponsalibus; Butrius num. 7. Alexander de Nevo n. 16. Abbas num. 6. Gutierrez l. c. num. 14. Sanchez loc. cit. num. 15. Bossius loc. cit. n. 126. 127. 128. Maschard. loc. cit. n. 13. Panimol. l. c. num. 6. Ventrigl. l. c. num. 20. & alii dicentes, quod fama privata non sufficit ad impediendum matrimonium, sed solum facultatem ad inquirendum & ad recipiendum probationes de tali fama.

30 Fama non sufficit ad impediendum matrimonium, si ex adverso de contraria fama clariore habeantur probationes. Glossa in citat. cap. Cum in tua, verb. Famam; Rota recentior, part. 1. dec. 181. num. 7. p. 8. dec. 211. num. 18. part. 9. tom. 1. dec. 16. n. 4. part. 15. dec. 318. num. 6. Paris consil. 65. num. 24. vol. 3. Maschard. l. c. num. 14. Sanchez l. c. num. 16. Panimol. l. c. num. 8. Ventrigl. l. c. num. 22. & alii passim.

31 Et ad dependendum contra hanc famam admittuntur etiam propinqui dummodo jurent; cit. cap. Cum in tua 27. de sponsalibus, ibi: Vel contra famam hujusmodi secundum tuæ discretionis arbitrium juramentum exhibent propinquo, Maschard. l. c. num. 15. Sanchez l. c. num. 17. Gutierrez l. c. num. 15. Ugolin. de offic. & potest. Epis. cap. 15. §. 11. num. 7. vers. Atqui, Panimol. l. c. num. 9. Ventrigl. l. c. num. 22. & alii passim.

Relinquitur tamen arbitrio Judicis inspecta qualitate personarum, & contrariæ fame an recipiendum, vel rejiciendum sit juramentum consanguineorum super impedimento matrimonii ad elidendum contrariam famam, ac attestantium inter contrahere volentes nullum adesse impedimentum, cit. cap. Cum in tua, ibi: Secundum tuæ discretionis arbitrium. Maschard. loc. cit. num. 16. Ugolin. l. c. n. 7. Menoch. de arbitrar. casu 243. n. 7. & casu 254. n. 2. Ventriglia l. c. n. 24. Panimol. l. c. n. 20. & alii.

Rumor qui ex dictis supra n. 16. in multis differt à fama, & est quid minus, quam ipsa fama, quamvis ex probabiliori opinione non sufficit ad impediendum matrimonium, sufficit tamen ad effectum suspendendi, ne contrahatur, donec veritas indagetur; Cum enim agatur de periculo animarum vitando, ne forte peccatum incurritur contrahendo cum affine, & agatur de modico præjudicio, si sponsalia inter sponso initia diffamantur, cum facile possint reperire alium, vel aliam, cum quo, vel cum qua contrahant. Hinc rumor debet sufficere ad suspendendum matrimonium, donec veritas sit indagata. Imo Butrius in cap. super eo 5. de eo qui cognovit consanguineam uxoris n. 7. & Præpositus ibid. n. 4. & alii relati à Sanchez l. c. num. 18. volunt, quod rumor sufficit etiam ad impediendum matrimonium per text. in leg. Pactum ejus 92. ff. de heredi. instituend. ubi rumor fuit creditus justa causa credendi mortem ejusdem Magne.

Fama impedimenti non sufficit ad dissolvendum matrimonium contractum, & præcipue consummatum, cap. Si duo 4. casu. 35. q. 6. Maschard. de probationibus lib. 2. concl. 1034. n. 21. Sanchez de matrim. lib. 2. q. 45. n. 32. Panimol. loc. cit. num. 54. & alii passim, quia, ut habetur in c. Licet ex quadam 42. in fine de testibus, Tolerabitur est enim aliquos contra statuta hominum relinquere copulatos, quam conjunctus legitime contra statuta Domini separare. Nam in constitutionibus suis potest Ecclesia, sive Romanus Pontifex conditor canonum dispensare, non item in lege divina posita de indissolubilitate matrimonii legitime contracti; Matth. cap. 19. n. 6. & Marci cap. 10. n. 9. ibi: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separat.

Fama publica existente contra Clericum fornicarium, hic debet se purgare; quod si nolit se purgare, vel deficiat, puniendus est; textu expresso in cap. Tua nos 7. de cohabit. Cleric. & mulier. Fama sola nisi sit de crimine ita notorio, ut nulla possit tergiversatione celari, non sufficit ad condemnandum; cit. cap. Tua nos.

Fama non potest prævalere veritati; Rota rec. part. 5. 57 tom. 2. dec. 606. num. 18. præcipue si agatur de fama mala producta ex vana populi voce, quæ non est attendenda; Rota rec. part. 1. dec. 167. num. 29.

Fama affirmativa, vel prævalet, vel conquassat negativam; Rota rec. part. 6. dec. 18. n. 13.

Magna est questio, an homini sit dominium in famam suam? Qui famam cum externis bonis comparant, ii tenent, esse homini dominium in famam. At relictus alii neminem esse famæ suæ dominum sentiunt. Fama enim consequens est virtutis, si causam speles. Quid ergo in famam tuam statuerere poteris, si nihil potest contra virtutem illam honestate? Si vero actum famæ formalem, ut dicit solet, intelligas, ipsam nimirum aliorum de tua virtute existimationem, quomodo erit in dominio tuo actus in animo alterius? Deinde aut existimatio tuæ virtutis conformis est, aut difformis. Si difformis, hæc fama non est, sed error. Si conformis, obtinet hæc quidem verè fame indolem, minui vero haud potest, nisi vel boni desinant recte judicare, vel ipse desinas bene agere; Confer. Stryk juridic. dissert. 44 tom. 2. disp. 15. cap. 5. n. 2. & plur. seq.

Hinc sequitur. I. Non posse aliquem se infamare, salva conscientia. II. Ob evitanda tormenta, vel levia, vel graviora non posse aliquem sibi imponere falsum crimen, etiamsi poena propter illud irroganda illis tormentis gravior, & ultimi supplicii foret. III. Neminem posse obligare famam in commodum alterius, ut si hic

hic ex gr. non præstet datam fidem, ipse velit maleficus reputari, aut obnoxius esse arbitrarie illius contumelie, cui fidejussit; Idem Auctor ubi supra.

An quis cum periculo suæ fame alterius famam tenetur restituere? Quomodo tenetur, qui injuriam tantum materialem intulit, ut gr. dicitur apud superiorem aliquem bona fide, seu ighoranter de falso crimine? Item quid juris, si damnus bonorum per meam infamationem aliquis passus sit? Vide Fangudez ad decal. lib. 8. cap. 15. Molin. tr. 4. disp. 401. n. 3. & alii.

(Hujus verbi doctrina ad investigandum quam probationem fama efficiat, dirigitur: quibus adminiculis, & in quibus causis: qua ex re demonstratur, inter probationum genera totam ejus explanationem numerari: ut vero majori consequentia procedatur, ad verbum Probatio Lector est remittendus; nihilominus tituli, qui de hisce materiis loquuntur, sunt in corpore juris relictis Fori Regii 7. & 8. lib. 2. Ordinamenti Regii 4. & 11. lib. 3. Septem Partit. 11. 12. 13. 14. & 16. p. 3. Recop. Castell. 6. & 7. lib. 4.)

F A M I L I A .

S U M M A R I U M .

- 1 FAMILIÆ nomen idem importat ac agnatio.
- 2 Familia alia dicitur effectiva, & alia contentiva, & que sit utraque.
- 3 Ut quis dicitur de familia contentiva, quid requiratur.
- 4 Familia contentiva est duplex, una proxima, seu proximior, & altera remota, seu remotior, & que sit utraque.
- 5 In concursu duarum linearum proximioris, & remotioris intelligitur vocata proximior, non remotior: quid sub nomine familie comprehendatur, quando de una, qui altera testator tenuerit: famine an censentur exclusæ: qui censetur vocatus, dum plures familie nominantur, ad n. 18.
- 19 Quid dum agitur de jure patronatus, circa nominationem, personam eligendam, & qualitates in fundatione præscriptas, ad n. 52.
- 59 Novæ add. ex alienâ manu inseruntur, ad n. 64.
- 1 FAMILIÆ nomen idem importat ac agnatio, seu denotat agnationem; Rota recent. part. 4. tom. 1. dec. 518. num. 11. & part. 19. tom. 1. dec. 588. num. 3. Card. de Luca de jure patron. disc. 26. num. 6. Piton. de controvers. patronor. alleg. 77. n. 11. & alii passim.
- 2 Familia alia dicitur effectiva, & alia contentiva. Familia effectiva dicitur illa, cujus ipse testator, seu disponens est causa efficiens, vel stipes, ac ideo non est verificabilis, nisi in ejus descendentes. Contentiva dicitur illa, quæ comprehendit omnes agnatos, & est verificabilis in omnibus transversalibus; Card. de Luca in Summa fideicommissor. n. 148. & alii communiter. Ut quis dicitur de familia contentiva, requiritur concludens probatio descendentiæ à communi stipite, quod sit agnatus legitimus, quod justificetur identitas armorum, & insignium sine diversitate coloris, quæ solet inferre familie diversitatem; Rota recent. part. 7. dec. 15. n. 29. & seq. lib. 4. Rocca disp. selecti. cap. 2. n. 7. & alii.
- 3 Familia contentiva est duplex, una proxima, seu proximior, altera remota, seu remotior. Proxima, seu proximior est, quæ descendit à patre, vel avo disponentis: Remota autem, seu remotior est, quæ origine trahit ab avo, vel alio ulteriori communi stipite, sic Cyriac. controver. 281. n. 72. & seq. Carolus Anton. de Luca de linea legali art. 15. n. 31. Manzius consil. 368. n. 4. & seq. lib. 4. Rocca disp. selecti. cap. 2. n. 7. & alii.
- 5 In concursu duarum linearum, proximioris, & remotioris, intelligitur vocata proximior, non autem remotior; Baldi consil. 321. sub n. 1. Soccin. Senior consil. 33. sub n. 8. vers. Præterea, & seq. lib. 4. Mantus d. consil. 368. sub n. 6. in fine, Rocca loc. cit. n. 8. & alii passim.
- 6 Familie appellatione, quamvis in dubio veniat etiam

contentiva comprehendendo omnes agnatos etiam transversales, ex adductis per Gabriel. consil. 132. q. 6. n. 59. lib. 1. Simon de Pretis de interpretat. ultim. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. volut. 11. n. 26. Rota in Romana fideicommissi de Misinellis 17. Junii 1615. coram Patriarcha Pamphilo impressa Farmac. dec. 707. num. 6. p. 2. recent. Cardin. Seraphin. dec. 1438. num. 4. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 645. n. 3. & 4. Rota recent. part. 2. dec. 707. n. 2. & 6. part. 1. Tamen, quando constat testatorem, seu disponentem sensisse tantum de familia effectiva, tunc veniunt solum descendentes ab ipso testatore, seu disponente, non autem transversales, ut tradunt Simon de Pretis loc. cit. Ruin. consil. 153. num. 10. lib. 2. Paris consil. 51. num. 10. & consil. 88. n. 36. lib. 2. & consil. 1. n. 59. lib. 3. Soccin. junior consil. 91. n. 61. lib. 1. Barbosa de appellativa verborum juris significatione verb. Familia n. 1. & 2. cum pluribus aliis ibi allegatis; Rota recent. part. 2. dec. 707. n. 3. cum aliis Doctoribus ibi citatis, ubi quod testator senserit tantum de sua familia effectiva, visum fuit colligi ex verbis testamenti, ibi: Sed quantum Deo placuerit, Casale in ejusdem familia remanere debeat, ponderando illud pro nomen ejusdem, quod denotat personalitatem secundum jura ibi allegata, & Doctores citatos.

Et quod testator, seu deponens senserit solum de familia effectiva, colligitur quoties vocavit illam addito pronomine suæ, vel ipsius aut ejusdem, & similitum; Rota recent. part. 2. dec. 707. num. 3. part. 5. tom. 1. dec. 360. n. 7. & seq. part. 8. dec. 203. num. 6. part. 12. dec. 254. num. 6. & 7. dec. 318. n. 7. & part. 13. dec. 1. n. 14. Menoch. consil. 233. num. 20. & 21. & consil. 1171. num. 3. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 88. n. 2. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 645. n. 5. Barbosa loc. cit. num. 2. cum pluribus aliis ibi citatis, Pitonius de controvers. patron. allegat. 75. d. n. 36. ad 46. cum pluribus juribus, & DD. ibi allegatis.

Limita primo, pronomen ipsius comprehendere familiam contentivam, deficiente effectiva, ut quando dispositio facta ad favorem familie non potest verificari in descendentes, ex quo non extant, vel quia vocati sunt illi, qui non possunt habere filios, ut sacerdotes; nam tunc appellatione familie veniunt transversales de familia; Rota recent. part. 8. dec. 205. n. 7. Menoch. consil. 126. n. 219. & consil. 424. n. 12. consil. 1171. n. 22. & consil. 1177. n. 8. Run. consil. 149. n. 8. lib. 2. Fusar. de substitut. q. 351. num. 31. Peregrin. consil. 42. lib. 2. Barbosa loc. cit. n. 4. Pitonius loc. cit. allegat. 100. n. 498. & 546. cum seq. ubi pluribus adductis probat, quod quando fundator presbyter reservavit jus patronatus favore illorum de domo, & familia, intelligitur reservare de domo, & familia contentiva.

Limita secundo, si pronomen ipsius adiciatur Cippo, quo casu denotat stipitem totius agnationis & comprehendit etiam familiam contentivam; Rota part. 3. recent. dec. 2. num. 14. Paris. in addit. consil. 33. num. 13. lib. 3. & alii.

Limita tertio, si à testatore, seu disponente vocata sit familia, & agnatio, quia tunc venit etiam familia contentiva, cum verbum agnatio comprehendat omnes per virilem sexum conjunctos; l. Juris consultus 10. §. 2. ff. de gradibus, Menoch. consil. 424. Paris. consil. 22. n. 604. cum seq. lib. 3. Fusar. loc. cit. q. 3. 351. n. 50. Decian. consil. 86. n. 28. & seq. lib. 3. Peregrin. consil. 149. n. 22. lib. 5. Barbosa loc. cit. n. 8. & alii.

Quando vocata est familia in genere, intelligitur illa, quæ est de Columnella disponentis, & descendit ab aliquo communi stipite, non autem illa, quæ non habet aliquem communem stipitem, sed solum identitatem cognominis, & armorum, quia non identitas cognominis, & insignium, sed agnatio, & descendentia ab uno stipite, quamvis remotissimo, operantur identitatem familie; Card. Cels. dec. 341. n. 2. & 3. Surd. consil. 316. n. 10. Menoch. lib. 4. præsumpt. 88. num. 2. & consil. 1177. num. 3. & 7. Peregrin. de fideicommissis. art. 22. num. 26. Andreol. controver. 338. n. 15. & seq. Merlin. dec. 669. n. 32. Paris. consil. n. 58. & seq. lib. 3. Altograd. consil. 79. num. 54. & seq. lib. 2. Alexander cons. 213. lib. 6.

consil. 91. lib. 7. Rocca *disp. selecti. cap. 2. n. 6.* cum pluribus aliis ibi allegatis.

12 Familiae vocatio quoties plures existunt Columnellae, intelligitur de familia, & Columnella, sub qua disponens continetur considerato communi stipite, Bartol. in l. Filius familias, §. Cum pater, ff. de Legatis 1. & in l. Peto §. Fratre, ff. de Legatis 2. Socin. in l. Si cognatis n. 3. ff. de rebus dubiis, Fusar. consil. 107. n. 4. & reg. assereus, quod familia, seu agnatio vocata intelligatur de familia, seu agnatione Columnellae, de qua est ipsemet disponens non existentibus descendentiis de familia effectiva. Menoch. cons. 458. n. 1. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 32. n. 83. vers. Si plures sunt Columnellae: Mandel. consil. 32. n. 28. lib. 2. Altograd. jun. controvers. 38. num. 63. Rocca loc. cit. n. 3. Rota recent. p. 1. dec. 300. n. 30. vers. Et hinc videmus: & alii plures cum Barbosa loc. cit. n. 46. ubi dicit, quod familiae appellatione in testamento, quando plures sunt familiae ejusdem cognominis, venit illa, de qua ipse testator natus est.

13 Agens ad fideicommissum tamquam unus de familia testatoris necessario probare debet se esse unum de Columnella testatoris per gradum, & stipitem; Paris consil. 51. num. 6. & duobus seq. lib. 2. Merlin. d. c. 699. num. 27. Rocca loc. cit. n. 16. & alii.

14 Contentendos succedere in majoratu instituto ad favorem proximiorum collateralium de familia liquido probare debent non solum se esse agnatos, & de familia, sed etiam esse proximiores, Mascard. de probation. concl. 410. num. 26. Late aliis adductis Merlin. d. c. 669. n. 29. & seq. Cyriac. controvers. 281. num. 11. & seq. Peregrin. consil. 82. n. 5. lib. 5. Rocca loc. cit. num. 11. & alii.

15 Majoratus Institutor quoties non vocat masculos simpliciter, sed masculos de sua familia, tunc masculi ex feminis non intelliguntur vocati; Manzus consil. 220. n. 19. lib. 3. Ubage dec. 24. n. 6. Rocca loc. cit. n. 11. & alii.

16 Feminae non veniunt appellatione familiae, quando testator expressit proprium nomen familiae, ut quando dixit remaneat in domo, seu familia Ghilena, quia tunc cum per solos masculos conservetur agnatio, feminae erunt exclusae; Peregrin. de fideicommissis. art. 25. n. 24. & num. 47. ad med. Hieronym. Gabr. consil. 134. lib. 1. Barbosa loc. cit. n. 17. & alii.

17 Fideicommissum quando tacite vel expresse relictum est pro conservandis bonis in agnitione, feminae sunt exclusae; Peregrin. de fideicommissis. art. 25. n. 47. & consil. 23. n. 10. lib. 3. & consil. 149. num. 25. cum seq. lib. 5. Surd. consil. 96. num. 18. & 27. lib. 1. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 88. n. 5. & consil. 197. n. 48. & 49. & consil. 680. num. 24. Card. Mantica de consuetud. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 8. Barbos. loc. cit. n. 18. cum aliis ibi allegatis.

18 Quando testator constituit fideicommissum successivum, & duraturum in familia, ut quia adessent verba in substitutione, quae perpetuitatem important, puta in infinitum, vel in perpetuum; tunc non veniunt feminae appellatione familiae; Surd. cons. 96. n. 27. & seq. Crav. consil. 180. num. 1. Nat. consil. 676. num. 42. Barbosa loc. cit. n. 22. cum aliis ibi citatis.

19 Cum plures familiae successive vocatae sunt ad beneficium juris patronatus, proximior qui est presentandus, si tempore presentationis sit inhabilis ex defectu aetatis, non tollit jus quersitum remotiori presentato, immo proximior in praedictum remotioris jam presentati, & habentis requisita, nec est dispensandus a Papa; Sac. Cong. Concil. in Bononiens. 16. Julii 1695. in Cremon. 8. Julii, & 30. Septemb. 1702. & in Novariens. dispensationis 13. August. 1707. Monacell. tom. 3. tit. 2. form. 7. num. 11. & tom. 4. supplem. ad tom. 3. num. 109. Piton.

In Hispania ut feminae exclusae censeantur, necessarium est, institutorem, majorativum fundatorem expressit, clarè, literaliterque in fundationis instrumento ita referre, & praecipere, ut minimè succedant; de fundationibus. ante ann. M.D.C.XV. factis non loquitur aliter, exclusae haud intelliguntur, nec earundem descendentes, proindeque succedere debent, dum melioris lineae, & gradus considerentur. (1)

(1) Vid. verb. Jus Patronatus in princip. Lit. A. p. 232. n. 38.

de contr. Patron. allegat. 85. numer. 14.

Inter plures passive vocatos potest Patronus, neglecto Clerico actuali, presentare in fine quadrimestris, vel semestris, si agatur de jure patronatus ecclesiastico, alium tunc effectum Clericum, qui de tempore vacationis erat Laicus. Cum autem patronus habeat quadrimestre seu respective semestre ad presentandum, & possit suo arbitrio presentare ex pluribus sibi benevisum, non potest arctari ad presentandum capacem & habilē de tempore vacationis, sed differre presentationem usque ad finem termini quadrimestris, vel respective semestris, ut interim presentandus perveniat ad requisitam aetatem, & capacitatem, ac obtineat Clericatum; Card. de Luc. de jure patron. dec. 45. n. 8. & seq. dec. 70. num. 17. & disc. 82. n. 5. Piton. loc. cit. num. 4. & disc. eod. 13. num. 40. cum aliis ibi citatis, Barbosa alleg. 60. n. 77. Ventiglia tom. 2. annotat. 6. §. 1. num. 8. & ibi Carolus Antonius de Luca n. 6. & 9.

Hoc autem procedit, ubi capacitas requiritur de tempore presentationis; secus vero, ubi capacitas requiritur de tempore vacationis, quia tunc patronus arctatur ad illum presentandum qui unice de hoc tempore est Clericus, & sic capax reperitur, ut distinguit ipsemet Card. de Luca de jure patron. dec. 45. n. 7. vers. Sed quia; & disc. 70. num. 16. Piton. d. c. alleg. 85. numer. 5. Rota in Civitat. Castell. Canoniceat. 12. Martii 1714. §. Conciliari, coram Scoto cum aliis ibi citatis.

Capacitas autem vocatorum censetur requisita de tempore vacationis beneficii, quando eorum vocatio est directa, & de contra censetur requisita de tempore presentationis ad beneficium, quando eorum vocatio est mediata, & non directa. Tunc vero dicitur vocatio directa, quando absque presentatione & facto patroni fundator vocat personas de certo genere, dirigendo verba ad Judicem, non ad patronos, siquē vocatio censetur facta cum relatione ad dispositionem juris praefertis capacem incapaci. Dicitur autem vocatio mediata, id est mediante presentatione, & facto patroni, quando fundator non dirigit verba directe in vocatos, sed in patronum dando ei facultatem praecedendi, & presentandi quem maluerit de certo genere, quamvis adveniat ejus capacitas solum de tempore presentationis, & institutionis; Carolus Antonius de Luca de linea legali art. 24. n. 16. & 24. Piton. in Pavenon. ad discip. eod. part. 2. num. 12. Rota in Civitat. Castell. Canoniceat. 12. Martii 1714. §. Conciliari, coram Scoto apud Piton. loc. cit. alleg. 85. num. 19.

Vocatis proximioribus de duabus familiis distinctis, presentatio competit proximiori in unaquaque familia, non autem duobus proximioribus de una familia tantum; unicuique enim familiae competere debet sua vox, cum duo proximiores intelligi fuerint per testatorem de duabus distinctis familiis, non autem ut una tantum familia representare debeat duos proximiores ad exclusionem alterius familiae contra mentem testatoris; Card. de Luca de fideicommissis. disc. 27. num. 7. 8. & 12. Rolles de presentat. lib. 3. cap. 4. num. 15. & 16. Carolus Ant. de Luca de linea legali lib. 2. art. 32. n. 3. in fine, & lib. 1. art. 22. num. 38. Rota coram Cerro dec. 792. n. 5. & seq. & dec. 839. n. 5. & seq. Piton. de Contr. Patron. alleg. 94. n. 4. & alii.

Vocatis pluribus familiis cum lege quod presentatio pertineat ad proximiores, & seniores, proximioritas, & senioritas intelligitur discretive in qualibet linea, seu familia ex proximioribus vocatis, non autem comparative ad aliam familiam, quia aliis sequeretur magnum absurdum contra mentem testatoris, qui si vocasset verb. gr. quinque proximiores seniores quinque familiarum, unica tantum familia, quae haberet quinque personas etate

te majores respective ad alias lineas, usurpare sibi deberet omnes quinque voces, denudando omnes alias quatuor familias; Baldus dec. 3. dec. 33. num. 2. & seq. & dec. 37. n. 15. & seq. dec. 38. n. 22. & seq. Card. de Luc. de fideicommissis. disc. 17. n. 8. & 11. Peregrin. de fideicommissis. 20. n. 6. Piton. loc. cit. n. 13. Carolus Anton. de Luca de lin. legali art. 23. n. 38. & alii.

Reservato jure patronatus activo seniori de familia, & passivo omnibus de familia, in hoc jure passivo censetur inclusus etiam ipse senior habens jus activum; Rota recent. part. 4. tom. 2. dec. 49. n. 19. & 20. dec. 84. n. 1. & 11. & in Auximana juris patronatus 27. Junii 1071. §. Minusque coram Ansaldo, & in Hortiana Beneficii 1. Junii 1708. §. Talisque, coram Emin. Priolo, & in Mediolanen. Beneficii 31. Jan. 1711. §. Potissime, coram Ansaldo, Card. de Luca de jure patron. disc. 29. n. 3. Piton. loc. cit. allegat. 52. n. 34. & seq. cum aliis ibi citatis. Et ratio est, quia si fundator voluit seniore de familia esse patronum, & posse dare alteri beneficium, multo magis dare sibi, cum propter quod unumquodque tale, & illud magis; si enim voluit illi tamquam praedilecto supra omnes alios de familia tribuere jus activum, à fortiori censendum est voluisse illi tribuere jus passivum; cum praedilectus in jure activo, quod est plus, merito censendus sit praedilectus etiam in passivo, quod est minus, ut dicitur attate Rota decisiones, cum ubi majus conceditur, minus concessum esse videatur, cap. Ex part. 27. de decim. & cui licet, quod est plus, liceat utique, quod est minus, c. Cui licet 53. de Reg. juris in 6. & l. Non debet 21. ff. de Regul. juris, & iste in tali casu non diceretur nominatus, & presentatus ab eodemmet fundatore, ut dicunt Doctores apud Piton. loc. cit. allegat. 52. d. num. 35. ad 37.

(Consonant leg. 9. tit. 6. p. 1. 17. tit. 22. p. 3. Cum leg. 2. tit. 19. p. 2. in fin. confert lit. A. pag. 109. vers. Quamquam: novis. add. hisp. etiamque lit. B. num. 36. pag. 431.)

Presentatus de familia Fundatoris in paritate vocum praesertur presentato de familia patronorum, seu presentantium extraneorum; Rota in Mediolanen. Juris patronatus 3. Julii 1684. coram Paluccio impressa apud Piton. disc. eod. p. 2. disc. 38. num. 6. & seq. Ventiglia tom. 2. annot. 1. §. 3. n. 57. cum aliis ibi citatis. Item in paritate vocum praesertendus est presentatus, qui est unus de compatronis, & de familia fundatoris; Rota in Civitat. Mediolanen. & Piton. loc. cit. n. 7. cum plurimis aliis ibi allegatis. Et gratia, seu provisio apostolica impetrata cum derogatione medietatis vocum, & gratificatio ad favorem impetrantis est subreptitia, & nulla, si non fuit expressum Summo Pontifici, quod alter presentatus erat unus ex compatronis, & de familia fundatoris: si enim id fuisset expressum, aut retraxisset à concessione, aut saltem eam difficiliorē reddidisset, ac proinde talis gratia, & provisio tamquam subreptitia redditur nulla, cap. Constitutus 19. cap. Super literis 20. & cap. Postulasti 27. de Rescriptis, Rota in Civitat. Mediolanen. & Piton. loc. cit. num. 8. cum aliis ibi allegatis.

Major pinguedo vocis non dat praelationem, si presentatus ab altero coherede sit de familia, & genere fundatoris, & iste debet institui, quamvis generaliter loquendo in paritate vocum praesertendus sit presentatus ab habente pinguiorem vocem, ex quo v. g. plus contrulerit ecclesiae, seu majorem quomam hereditariam habeat, ut omissis antiquioribus firmavit Rota in Laudem. Canoniceat. 27. Junii 1696. §. Cessare, coram Emerix, & 3. Martii 1697. §. Individuitas, coram Tremoille, & scripsit Piton. disc. eod. p. 1. disc. 4. n. 28. Non tamen in concursu consanguinei fundatoris presentati ab alio, licet non habente tam pinguem vocem; quia tunc non esset praesertendus presentatus ab habente pinguiorem vocem, si alter presentatus ab alio patrono esset de genere, & familia fundatoris; iste enim tunc praesertitur debet; Lamb. de Jure patronat. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 6. num. 5. & 6. Piton. loc. cit. num. 28. & 29. & tenuit Rota in d. Laudem. Canoniceat. 27. Jun. 1696. verb. Cessare, coram Emerix, & 3. Mart. 1697. §. Individuitas, coram Tremoille.

Verba concessionis: ipsi, posterisque suis, & post illorum obitum seniori & antiquiori dumtaxat de domo illorum, sunt personalissima, & restrictiva, & intelliguntur tantum de personis ibi expresse nominatis, & de earum familia effectiva; Gratian. disc. 645. n. 5. Card. de Luca de jure parr. disc. 24. n. 2. & seq. Ciardin. controvers. 507. n. 46. & 47. Vivian. de jure patronat. lib. 4. cap. 9. n. 10. Piton. loc. cit. p. 1. disc. 14. n. 26. cum aliis ibi citatis; & variis S. Rotae decisionibus; Si enim dicta intelligerentur de tota familia tam effectiva, quam contentiva, maximum sequeretur absurdum, quod scilicet existente aliquo seniore in linea contentiva, ista succederet ad exclusionem descendentiū de linea effectiva fundatoris contra ipsius mentem, qui proliis descendentiis dumtaxat prospicere voluit, ut ponderat Rota dec. 450. n. 9. vers. Et similia, & n. 10. coram Merlino.

Amplia etiam concessio facta sit pluribus fratribus, quia adhuc non venit familia contentiva aliorum transversalium in genere, ut in terminis plurimum fratrum eodem modo vocatorum cum ipsorum familia firmavit Altograd. consil. 79. n. 17. Rota dec. 232. n. 8. part. 12. dec. 406. n. 28. & seq. part. 13. dec. 199. num. 23. & seq. coram Priolo, & in Mantuana beneficii 3. Junii 1689. impressa apud Piton. loc. cit. disc. 14. num. 28. vers. Nec aliquid.

Vocatis eis de parentela, seu familia in genere, presentatus à patrono instituendus est non attendita qualitate proximioritatis: Cum enim fundator in jure patronatus passivo vocaverit illos de parentela in genere, censetur reliquisse patrono libertatem eligendi quemcumque voluerit, non attendito gradu proximioris, aut remotioris; Card. de Luca de jure patron. disc. 45. n. 3. ibi: Dixi »prorsus vanam esse dicti Joannis Antonii presentationem, quamvis esset capax, & proximior, quoniam ubi »lex fundationis in jure passivo non vocat gradum proximioris, sed solum mandat presentari aliquem de »parentela, vel de certo genere, tunc habens facultatem presentandi fundationis legem recte implere dicitur »presentando unum de genere quamvis remotiorem, »dum sufficit non egredi genus praefinitum, juxta dispositionem per text. in leg. Unum ex familia ff. de legat. 2. (Leg. 25. §. 32. tit. 9. p. 6.) Carolus Ant. de Luca de linea legali l. 1. art. 24. num. 24. vers. Ego pertraseo; Amosaz. de causis parr. lib. 3. cap. 7. à num. 37. ad 42. Piton. de contr. patronor. allegat. 7. n. 8. & seq. Rota in Valentina. Beneficii 22. Junii 1703. §. Talis, coram Lanzetta in Vicentin. Beneficii 25. Januarii 1704. §. final. coram Eminētissimo Caprara; & in Hortiana beneficii 1. Junii 1708. coram Priolo relat. ab ipso Pitonio loc. cit.

Quando vocatur proximior, & antiquior supra senioritatem, & intelligitur senior inter solos proximiores; Unde non queritur senior saltuarie inter lineas proximas, & remotas; sed in linea proximiorum, ut censuit Rota in Majoricin. beneficii 4. Julii 1696. §. final. coram Cardinal. Tremoille. Piton. loc. cit. allegat. 100. num. 554. & in disc. eod. Ecclesiastic. part. 1. disc. 26. num. 18. in fine; ubi expresse dicit, quod vocato seniore, & proximiore de familia intelligitur vocatus senior inter plures proximiores existentes in eodem gradu; unde licet existens in gradu remotiori sit senior, non tamen praeratur alteri, qui sit proximior; nam in tali casu praerogativa proximioritatis vincit illam senioritatis.

Spectante jure patronatus ad tres familias proximiorum, si ex lege fundationis debeant presentare solum duo ex proximioribus, tunc in primo ingressu praerantur duo seniores ex dictis proximioribus; Cum enim fundator voluerit jus presentandi spectare tantum ad duos ex proximioribus, si reperiantur tres familiae aequae proximae, tunc inter dictas tres familias praecedente debetur duobus senioribus ex dictis tribus familiis, cum omnes tres presentare non possint; Unde attendi debet qualitas senioritatis veluti motivum praelationis duorum inter vocatos, juxta regulam, de qua March. consil. 158. n. 41. & seq. Card. de Luca de fideicommissis. disc. 52. n. 14. Fusar. de substitut. quest. 356. num. 5. Tiraquell. de primog. in praefat. num. 106. & seq. Lambert. de jure patro-

ronat. lib. 2. p. 2. q. 7. art. 26. num. 2. Piton. loc. cit. allegat. 94. num. 3.

33 Vocati per posterius non possunt impedire Clericatum favore prius vocati, Cardin. de Luca de iure patronat. disc. 82. n. 5. Carolus Antonius de Luca de linea legali respons. 22. n. 5. Piton. loc. citat. alleg. 95. n. 16. Rota in Tridentina Capellanis 5. Apr. 1715. §. fin. coram Cerro. Concurrente enim laico de linea primo vocata, & Clerico de linea secundo vocata, Ordinarius tenetur clericare laicum de linea primo vocata, illumque instituire, excluso Clerico actuali de linea secundo, seu subsidiarie vocata; quia passive vocato ex lege fundationis tanquam arctato ratione beneficii Ordinarius tenetur Clericatum conferre; Vivian. de iure pat. lib. 6. c. 6. num. 56. Garzias de benef. part. 5. cap. 7. num. 100. §. part. 7. cap. 10. n. 37. Card. de Luca in Miscellan. ecclesiastic. disc. 25. num. 8. Piton. loc. cit. allegat. 68. n. 23. §. 27. Rota decit. 136. num. 3. §. decit. 195. num. 1. §. 2. coram Rambaldo, ac decit. 1150. num. 1. §. seq. coram Cocino.

34 Nec tali passive vocato currit tempus quadrimestris, seu respective semestris, si intra illud petit Clericatum, & Ordinarius ex sui culpa distulit illum ei conferre, quia dilatio Ordinarii causata ex ejus facto, & culpa non debet nocere passive vocato ad beneficium, qui intra tempus debitum instantiam fecit pro Clericatu, ei enim usque de tempore primæ instantiæ fuit jus quesitum; ut censuit Rota part. 17. recent. dec. 80. n. 9. §. seq. Piton. loc. cit. allegat. 61. n. 15. §. allegat. 68. n. 10. §. 27. ubi testatur sic etiam resolvisse Sac. Congregat. Concilii. 27. Apr. 1714. decernendo quod ipsi tanquam vere impedito non curreret tempus. (Vid. verb. Beneficium.)

35 Tempus quadrimestris, vel semestris sicut competit patronis ad presentandum, ita passive vocatis ad comparandum; Rota in Barchinonen. benef. 14. Mart. 1692. §. Probata, coram Ursino; Piton de controvers. Patronat. allegat. 1. n. 10. allegat. 65. num. 4. §. allegat. 100. num. 331. Cyrillus q. juris cap. 93. & alii passim.

36 Vocatus in iure patronatus passivo non potest præteriri per patronum; Rot. part. 11. recent. decit. 122. n. 1. §. seq. part. 19. decit. 331. num. 1. §. 2. §. Alexandrina Juris patronatus 4. Decemb. 1699. §. 1. coram Cardinali de la Tremaille, & in Faventina beneficii 11. Februar. 1704. §. cum enim coram Muto, & in Hortana beneficii 1. Junii 1708. fere per totam coram Cardinali Priolo cit. & secut. a Pitonio allegat. 84. numer. 48. Passive enim vocatus dicitur presentatus per fundatorem, & venit instituendus, etiamsi patronus illum presentare recusaverit; Rota p. 19. recentior. decit. 135. n. 2. §. in Astensi Prioratus super institutione 7. Dec. 1708. §. Eoque magis, coram Aldovrando, & in Senogallien. Canonatus de Lucis 23. Jun. 1710. §. Quia profecerit, coram Aldovrando, & in Civitatis Castellii Canonatus 12. Mar. 1714. §. Ratio fiat, coram Eminentiissimo Scoto, Piton. allegat. 68. num. 19. Rocca disp. Juris cap. 190. num. 22. & alii. Nam vocatus per fundatorem cum præcepto, quod heres eum presentet, dicitur presentatus ab eodem fundatore; Rota coram Buratto decit. 755. num. 4. §. coram Pamphilo decit. 99. num. 3. Piton. de controvers. allegat. 82. num. 18. Unde patrono presentante quem nominavit fundator, potest huiusmodi irrequisito, sed etiam invito patrono, comparere coram superiore, & petere, ac obtinere Institutionem; Cardinal. de Luca de iure patronatus discurs. 20. num. 7. vers. Etiam sine presentacione: Piton. cit. allegat. 82. n. 10. Rota coram Buratto decit. 755. num. 2. §. in recentior. part. 12. decit. 68. num. 2. part. 15. decit. 335. num. 1. §. seq. & in Valentina beneficii 9. Januar. 1693. §. Moti, §. 3. April. ejusdem anni §. final. coram Molines Decano. Cum oppositio passive vocati habeatur pro presentacione; Rota coram Pamphilo dec. 99. n. 3. Piton. alleg. 52. num. 37. & alii.

40 Ordinarius conferendo jure devolutio, tenetur, servata forma in fundacione beneficii prescripta, conferre passive vocatis; Garzias de beneficiis part. 10. cap. 3. num. 42. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellaria gloss. 46.

n. 33. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 24. num. 62. §. 63. Monacel. part. 1. tit. 2. n. 13. Piton. allegat. 85. n. 71. & Rota in Tusculana Capellanis 15. Mar. 1615. coram Ansaldo apud ipsum Piton. l. c. Et id observat etiam ipsamet Sedes Apostolica in beneficiis ad ipsam devolutis, nullum unquam præjudicium inferens personis in fundacione passive vocatis; Rota coram Bich. dec. 488. n. 17. §. seq. & in recent. part. 17. decit. 321. num. 7. §. in Barchinonen. beneficii 2. Dec. 1701. §. Nec attendendum, §. 24. Mart. 1702. §. 1. coram Cardinali Caprara, §. 27. Mar. 1703. §. fin. coram Lancetta, & in Vicentina beneficii 17. Febr. 1713. §. Præterea, coram Aldovrando, & in di. Tusculana capellanis 15. Mart. 1715. coram Ansaldo, impressa apud Piton. loc. cit. num. 72.

Præsentatus per medietatem vocum, & habens gratiam apostolicam cum derogatione alterius medietatis, præfertur alteri solam medietatem habenti; Rota p. 18. recent. decit. 667. num. 19. §. in Romana capellanis Sancti Nicolai 28. Junii 1709. §. in Majoricenis beneficii 6. Decembris ejusdem anni §. Quoque indubitantius: Coram Ansaldo, ac in Sorana Juris patronatus 22. Januarii 1712. §. Conclusio: coram Falconerio, Pitonius de controversiis patronorum allegat. 94. n. 2. & alii.

Habens unam vocem privatam, & aliam cumulatam præfertur habenti unam tantum cumulatam; Lambert. de iure patronat. lib. 2. part. 2. q. 7. art. 13. n. 7. vers. Immo: Pitonius loc. cit. allegat. 100. n. 36. & alii passim.

Clericus in paritate gradus præfertur laico: Pitonius l. c. allegat. 32. n. 6. 19. §. 21. cum variis aliis ibi adductis. Item inter pares gradu æque delectos præfertur ætate major, & Clericus antiquior, præsertim in beneficio sacerdotali in habitu, ubi major aptitudo præfertur, quæ reperitur in eo, qui est magis proximus ad sacerdotium; Rota in Volaterrana beneficii 7. Decembris. 1708. §. Perum quoque, coram Crispo. Panimoll. dec. 101. adnotat. 1. n. 12. Amostaz de causis piis lib. 3. cap. 10. n. 46. in fine, Pitonius l. c. alleg. 83. n. 15. & alii.

Item in beneficio licet sacerdotali in habitu præfertur Sacerdos Clerico. Dignior enim Clerico est Sacerdos; Vivian. de iure patronat. lib. 12. cap. 9. num. 3. Amostaz de causis piis lib. 3. cap. 7. d. n. 37. ad 42. §. cap. 9. n. 46. Seraphin. dec. 968. num. 3. §. coram Peuringor. decit. 343. n. 4. §. coram Emerix Jun. dec. 911. n. 6. Pitonius l. c. alleg. 7. n. 10.

Ubi fundator requisivit sacerdotium in habitu, præfertur ille, qui est Clericus de tempore vacationis, alteri, qui est laicus, & clericatum assumpsit tempore quadrimestris. Cum enim Clericus antiquior, & ætate major sit magis proximus ad sacerdotium; est omnino præferendus in presentacione per patronum, & in institutione per Ordinarium ratione sic præsumptæ voluntatis fundatoris requirentis in presentando, & instituendo sacerdotium in habitu; Rota; p. 15. recent. decit. 241. n. 9. Garzias de beneficiis part. 7. cap. 1. n. 73. Piton. loc. cit. alleg. 35. n. 13. & alii.

Civibus & parochianis tanquam compatronis competit privilegium prælationis in paritate vocum; Piton. loc. c. allegat. 4. num. 20. cum aliis ibi allegatis per Textus in c. Nullus invitis 13. dist. 61. §. cap. Hortatur 8. dist. 61.

Compatronus in paritate vocum habet prælationem de jure ad beneficium; Lambert. de iure patronat. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 7. per tot. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 71. n. 203. Piton. loc. cit. alleg. 6. n. 5. Rota in Mediol. Juris patron. 3. Jul. 1684. coram Pauluccio, & in Placentina Parochial. 16. Mart. 1708. §. fin. cor. Ansaldo.

Habens qualitatem sanguinis, & patronalem, ceteris paribus, anteponeendus est habenti tantum qualitatem sanguinis: Pluribus enim insignitis prærogativis præfertur insignito paucioribus, & due qualitates magis prælationem merentur, quam una, cum duo vincula magis stringant, Card. de Luca de iure pat. disc. 49. num. 9. Lambertin. de iure pat. lib. 2. part. 3. q. 5. art. 6. num. 6. §. art. 7. num. 2. Carolus Antonius de Luca de linea legali lib. 1. art. 24. n. 33. §. Si autem, in fin. Fattinell. respons. 54. n. 8. Pitonius loc. cit. allegat. 6. 13. Com-

51 Compatronus in paritate vocum præfertur consanguineo alterius compatroni presentato; Pitonius l. c. allegat. 6. n. 7. §. seq. §. alleg. 7. n. 21. in fine cum aliis citatis. Item compatronus etiam juspatronatus habens passivum in paritate vocum gratificandus est in concursu presentati etiam passive vocati, sed non compatroni; Pitonius loc. cit. allegat. 52. num. 39. cum Fattinell. Cardinali de Luca, & aliis citatis. Item presentatus in paritate vocum semper præfertur in concursu extranei, quando est consanguineus ipsius patroni licet extranei; cum enim hæres patronus licet extraneus representet personam fundatoris, subrogatur in omnibus iuribus eidem fundatori competentibus; adeoque sicuti in paritate vocum præfertur presentatus de sanguine fundatoris compresentato extraneo, per Glossam in cap. Neminem 1. dist. 70. & varias Rotæ decisiones, & Doctores cum Pitonio loc. cit. allegat. 100. num. 379. Ita etiam in paritate vocum præferendus est compresentatus de sanguine patroni licet extranei, in concursu extranei, qui non sit de sanguine patroni; Sic Rota in Alatrina Juris patronatus 15. Junii 1705. coram Scoto, & in ead. Alatrina Juris patronatus 7. Decembris. 1705. coram eodem Scoto impressa apud Piton. l. c. alleg. 20. num. 19. §. 30. cum variis aliis ibi citatis, & Lambert. de iure patronat. lib. 2. part. 3. q. 5. art. 1. n. 11. in fine, ubi testatur, quod ita vidit millies observari in facto.

54 In beneficiis etiam vere sacerdotalibus sacerdos aptitudine, & de sanguine præferri debet extraneo licet actu sacerdoti. Rota in Malevitano beneficiorum 16. Junii 1710. coram Falconerio impressa apud Pitonium loc. cit. allegat. 17. num. 17. expresse dicens, quod in beneficiis vere sacerdotalibus, si concurrat extraneus qui sit sacerdos in actu, & aliquis de sanguine in aptitudine, debeat esse ex præsumpta mente testatoris præferri. Amostaz de causis piis lib. 3. cap. 3. num. 32. Pitonius loco citat. & alii.

(De omnibus supradictis ut clarior lux oriatur, vide leg. 2. tit. 5. part. 2. q. tit. 15. 10. tit. 26. p. 4. 32. tit. 9. 6. tit. 13. p. 6. ibique recognosce gloss. D. Gregor. Lopez, & præter alios Auctores, D. Roxas de Almansa, super Majoratibus, Roxas de Incompatibilitate D. Antonium Gomezium in leg. 45. Tauri, ac D. Mollinam de primogenitiis.)

55 Multa hic concorsinavit Auctor, quæ quidem non sunt huic loci. Proprie vero sunt inspectiones hæ, quæ tum in patronis, tum in fideicommissis sæpe occurrunt.

56 Prima, vocata familia quando veniat effectiva tantum, & quando item contentiva, de qua agit & ipse Auctor. Secunda, quando vocata familia veniant illi, qui quamvis sint de cognomine, tamen nec de familia contentiva sunt. Tertia, quando vocata familia, sive effectiva tantum, sive etiam contentiva, veniant non solum agnati, sed etiam cognati. Et quarta domum, quando vocata familia veniant foemina, de qua Auctor quoque, sed minus recte agit.

60 Nimium autem esset de his omnibus pro dignitate agere. Vide si lubet de prima inspectione Rot. in Firmans beneficii 26. Junii 1719. coram bon. mem. Gamaach. in Baren. Beneficii, super pertinentia personali 23. Aprilis 1708. coram clarissima memoria Calcagnin. & in Romana Legatorum 28. Junii 1745. coram bon. mem. Vait. De secunda inspectione Rotam in Melevisana Canonatus 14. Maii 1725. coram claris. memor. Corto, in Caven. celebrationis Missarum 17. Martii 1727. cor. bon. mem. Gamaach. & in Placentina beneficii 8. April. 1737. cor. clar. memoria Calcagnin. De tertia inspectione Rotam in Lycien. Juris patronatus 17. Junii 1720. coram bon. mem. Cerro, in Ravennaten. fideicommissi 24. Februar. 1744. coram R. P. D. Cantillac. & 14. Maii 1745. coram bon. mem. Viccomite, in Novacen. Juris patronatus Ferrar. Beneficiorum. Tom. IV.

natus 17. Aprilis 1744. §. 26. Junii ejusdem anni cor. clar. memor. Molin. Et quarta, & postrema inspectio idem Supremum Tribunal in Romana Tenuta Campi Martii super associatione 28. Januarii 1724. & 15. Januarii 1725. coram claris. memor. Aldovrando. D.

FAMILIARIS.

FAMILIARUM nomine intelligi debent illi, qui vel patriæ potestati subijciuntur, vel dominicæ, & expensis domini continuo aluntur, indeque Comensales dicuntur; cap. Ultim. de verb. signific. in 6. Barbosa de offic. §. 60. Episcop. part. 2. alleg. 5. num. 2. cum plurimis aliis ibi citatis. Unde ut familiaris quis dicatur, requiritur mens, & dens, & sic præstatio vicus. Rota part. 1. recent. decit. 584. num. 3. Familiaris enim vera, & actualis est, quæ contrahitur mente, & dente. Rota part. 5. tom. 1. decit. 226. num. 6. part. 12. decit. 206. num. 11. part. 17. decit. 23. num. 5. Requiritur etiam ad contrahendam certam familiaritatem destinatio ad certum servitium. Rota part. 1. decit. 584. num. 3. part. 5. tom. 9. decit. 22. num. 6. Ut probetur vera familiaritas debet concurrere consensus domini, mens familiaris illam contrahendi. Rota part. 2. decit. 711. num. 7. part. 4. tom. 1. decit. 403. num. 7. Et mens probatur ex servitute à familiari præstata domino, v. g. Cardinali ex declaratione, & confessione ipsius familiaris, & ex receptione servitii ex parte Cardinalis, & præstatione vicus. Rota part. 3. tom. 1. decit. 453. num. 2. 4. & 6. Dens vero probatur ex eo quod quis habuit partem à Cardinali in pecunia, victum, & habitationem. Rota ibi numer. 8. §. 9.

(Maxime ad rem lex 6. vers. E ann decimus: tit. 33. p. 7. in qua sub familia nomine comprehenditur non tantum ejus dominus seu paterfamilias, sed etiam uxor aut materfamilias, ceterique illi subiecti, ut sunt filii, servientes, & famuli: quare quis sit familiaris ostenditur; Vid. glor. ejusd. leg. d. Dr. Geogor. Lopez suppositum: in hac equidem, quid præterea sub dicto nomine intelligatur, animadvertitur.)

Familiares Papæ sunt exempti à solutione pretii pro expeditione literarum pro suis beneficiis; Sixt. IV. constitution. 16. incip. Divina. Familiares Papæ non subdantur jurisdictioni Ordinariarum. Leo X. constit. 10. incip. Regimini. Familiares Papæ inferioris familie, etiamsi habeant pensiones, non tenentur gestare vestem clericalem. Sixt. V. constitut. 92. incip. Cum sacrosancta. §. 2. Reliqui vero familiares Papæ tenentur, ibidem. Familiares Papæ exempti sunt à gabellis, & ceteris oneribus cameralibus, & non includuntur in revocatione facta ab Innocentio X. Idem Innocent. X. constitut. 7. incip. Etsi ea. Familiares Papæ non residentes possunt percipere fructus beneficii; cap. Cum dilectus de Clericis non residentibus. Familiares tamen Papæ non percipiunt in absentia distributiones quotidianas; (Vid. verb. Beneficiatus, atque Distributiones quotidianas.) cit. cap. Cum dilectus juncta glossa communiter accepta in verb. Fructus. Fagnan. lib. 3. decretal. in cap. Licet 32. de prebend. num. 99. Rota part. 5. tom. 1. decit. 32. n. 16. Papæ Familiarium, & Officialium beneficia ubicumque morientium vacant in curia. Extravag. de election. cap. Ex debito, Extravag. de prebend. cap. Ad regimen. Ibidem. Papæ Officialiales, Capellani, Nunci, Delegati &c. dicuntur tales durante Officio. Ibidem.

Familiares Papæ ad effectum reservationis suorum beneficiorum factæ in quarta regula Cancellariæ, sunt Cubicularii, & Scutiferi, ex constitut. 14. Leonis X. non aliter. Tom. IV. C. notandum de B. Mi-

Si familiares, officialisvè Summi Præsulis, Hispani per consequens beneficium aliquod ex duobus tantum Sanctæ Sedi, præter quinquaginta reservatis, obtineant, non dubitatur, quin quocumque tempore, locovè vacet factio, vel jure, Summus Pontifex illius collationem non faciat; at verò si ex eisdem non fuerit vacans beneficium, Curia Romana se immiscere haud valebit. (1)

(1) Vid. verb. Beneficium.

Milites Sancti Pauli, ex constit. 36. Leonis X. Milites Sancti Petri, ex constit. 23. Pauli III. Milites Pii, ex constit. 5. & 16. Pii IV. Milites Laurentiani, ex constit. 35. Sixti V. Conclavistae, ex constit. 32. Sixti V. incip. Circumspecta, Commissarius Camerae, ex constit. 44. Sixti V. incip. Ad excelsum. Auditor Camerae Confidentialium, ex constit. Sixti V. incip. Divina Dei providentia. Et denique Pauli III. constit. incip. Sanctissimus, declaravit reputari veros Papae familiares, & continuos comensales Referendarios, & alios Officiales ex palatio panem habentes, Pronotarios, Subdiaconos, Auditores Rotae, Acolythos, Secretarios, literarum Apostolicarum scriptores, Cubicularios, reliquosque Officiales deservientes, & custodiam facientes in palatio Romani Pontificis pro tempore existentes, licet in eodem non habitaverint, nec in tinello comederint: quamvis enim illi revera non sint comensales Papae, nec ullam partem victus illorum aliqui ab eo recipiant; tamen ex quo ipse Papa vult quod habeantur pro veris familiaribus, & continuis comensalibus, perinde est ac si realliter essent tales, & consequenter eorum beneficia sunt reservata per regulam quartam Cancellariae, Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Glossa si n. 16. Simonetæ de reservat. q. 75. n. 25. & 27. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 57. n. 16. & alii.

18 Familiales Cardinalium actu servientes sunt ab Ordinariorum jurisdictione exempti. Leo X. constit. 10. incip. Regimini. Qui tamen actu Cardinalibus non inserviunt, non sunt exempti. Ibid. Familiaritatis enim privilegio non gaudent, qui habent literas Familiaritatis Cardinalium, si non sint vere familiares. Rota part. 2. de ceteris. 265. num. 5. cum requiratur vera, & non ficta, vel ex privilegio familiaritatis. Rota part. 12. de ceteris. 174. n. 40. & 54. Sunt tamen familiares Cardinalium exempti ab Ordinaris, esto distent ab ipsis Cardinalibus ad recreationem, Leo X. in dict. constit. incip. Regimini. Familiales Cardinalium coram Auditore Camerae conveniantur II. constit. 28. incip. Decet. Familiales Cardinalium, & Famili moriente Cardinali non possunt ab herede exigere aliquid, quod sibi ex pacto non debetur.

23 S. Pius V. constit. 15. incip. Sanctissimus. Beneficia, vel dignitates Familiarum Cardinalium, etiam in metropolitani (ubicumque ille moriantur) vacant in curia. Urbanus VIII. constit. 6. incip. Sanctissimus cap. 4. Si excedant valorem decem Florenorum, ibidem. Beneficia Familiarum Cardinalium etiam apud Sedem Apostolicam vacant, conferuntur cum consensu Cardinalium. Urbanus VIII. indict. constit. incip. Sanctissimus cap. 32.

25 Beneficia familiarium Cardinalium non censentur illa, quae habent ratione officiorum, sed alia quae habent sive in curia, sive extra. Urbanus VIII. ibid. cap. 32.

26 Beneficia familiarium Cardinalium morientium, si alias collatio eorum spectaret ad alium Cardinalem, tunc dari possunt ab isto, non expectato consensu illius Cardinalis, cujus erat familiaris. Urbanus VIII. ibid. c. 23.

27 Quod si talis familiaris moriatur in curia, tunc beneficia illa conservantur a Papa cum consensu Cardinalis Collatoris, non vero Cardinalis Domini familiaris moritui. Urbanus VIII. ibid. Familiaris beneficium dicitur reservatum, etiam si in mortis suae tempore familiaris esse desiderit: sufficit enim ad hunc effectum, quod durante familiaritate beneficia obtinuerit, quantumcumque parvo tempore duret familiaritas. Garzias part. 5. c. 1. n. 279. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 57. num. 113. & alibi citati. Familiales Cardinalium non dicuntur, qui in eorum domibus habent expensas, seu partem, non ut familiares, & servitores, sed ut amici, & consanguinei. Rota in una Salman. & Abul. Benef. 6. Junii 1599. coram D. Penna & in Hispanen. Archiepiscopatu. 20. Februarii. & 26. Junii 1606. coram D. Justo. Nuntius non potest concedere familiaritates, & exemptionem ab Ordinario alicui, qui sibi actu nec serviat, nec a se victum habeat. Sacra Congreg. Episc. in Florentina 16. Junii 1617.

31 Episcopus familiarem suum non subditum ordinare potest, si per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante, statim reipsa

illi conferat; Concil. Trident. sess. 23. cap. 9. de reformat. Debet tamen Episcopus quoad hoc attendere novam dispositionem Innocentii XII. in constit. incip. Spem latore domus Israel, ubi sic expresse statuitur: "Ad haec nullus Episcopus alienae diocesis subditum familiarem suum ad aliquos sacros, seu minores ordines, vel etiam primam tonsuram promovere, seu ordinare praesumat absque ejus proprii, originis scilicet, seu domicilii Praelati testimonialibus literis, & nisi ad praescriptum Concilii Tridentini familiarem praedictum per integrum, & completum triennium, in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit, Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam iuxta modum superius perfinitur sufficit, quacumque fraude cessante, statim, hoc esse saltem intra terminum unius mensis a die factae ordinationis re ipsa illi conferat, ac in ordinationibus hujusmodi testimonio expressam iidem Familiaritatis, ac literarum praedictarum mentionem facere teneatur." Unde stante tali const. Innoc. XII. non potest Episcopus familiarem suum triennalem ad titulum patrimonii promovere ad sacros ordines, ob necessitatem, vel utilitatem ecclesiae nullo collato ecclesiastico beneficio. Sic expresse decrevit Sacra Congreg. Concil. in Tricaricen. 27. Julii 1567. in quo proposito dubio: "An stante novissima constitutione Sanctiss. Domini nostri, possit Episcopus familiarem triennalem ad titulum patrimonii promovere ad sacros ordines ob necessitatem, vel utilitatem ecclesiae, nullo collato ecclesiastico beneficio." Respondit negativè, est contra Garzias de beneficio. part. 2. cap. 5. n. 81. Barbosa in summ. de ceteris. Apostolic. verb. Familiales num. 14. & alios afferentes antiquum decretum.

Familiarium suum ordinare non potest Episcopus, si illi non contulerit beneficium, quamvis possideat aliquod in alia diocesi. Sacra Congreg. Concilii 22. April. 1617. Immo familiaris ordinatus ad titulum beneficii, quod in alia diocesi possidet, tamquam illicite ordinatus suspensionem incurrit. Sacra Congreg. Concil. in Fulginat. 6. Sept. 1687. in qua etiam monuit Ordinarium ut consuleret conscientiam suam. Non potest Episcopus ordinare fratrem, seu nepotem suum absque dimissoria proprii Ordinaris sub praetextu quod illum uti familiarem retinuerit domi propriis expensis, etiam si ei conferat beneficium; Sacra Congreg. Concil. in Calatina 7. Februarii. 1654. Episcopus sacros ordines conferens in aliena diocesi de licentia Ordinarii potest etiam ibidem ad ordines promovere familiarem sibi non subditum, in quo tamen requisita ex dispositione Sacri Concilii Tridentini concurrant. Sacra Congreg. Concil. 22. April. 1604. Episcopus dispensare non potest cum suo familiari triennali alias non subdito super Interstitiis, Sacra Congreg. Concil. 25. Junii 1590. & sic de ceteris fuisse referunt Garzias de beneficio. part. 2. cap. 5. n. 86. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 5. n. 14. & alii ab ipso ibi citati. Episcopus tamen dispensare potest quoad Interstitia cum familiari suo jam ordinato, cui collatum fuit statim beneficium, qui ratione beneficii collati, jam fuit effectus suus subditus; Sacra Congreg. Conc. 26. Maii 1594. Episcopus in casibus, in quibus potest ordinare suum familiarem, potest & illi dimissorias concedere; Barbosa loc. cit. num. 16. Campanil. divers. Juris canonici rub. 9. num. 6. & sic declarasse Sacram Congreg. Concilii refert Garzias de beneficio. part. 2. cap. 5. num. 97. Episcopus titularis praetextu cujuslibet familiaritatis, aut continuæ comensalitatiss suae aliquem absque proprii Praelati expresso consensu, aut litteris dimissoria ad aliquos sacros, vel minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare non potest, quia ei ex quo tantum sit titularis, talis promotio est expresse interdicta per Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 21. ibi "Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiam si in loco nullius diocesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam si praetextu familiaritatis continuæ, comensalitatiss suae, absque sui proprii Praelati expresso consensu,

vant litteris dimissoria ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat. Contrafaciens ab exercitio pontificalium per annum, taliter vero promotus ab executione ordinationis sui susceptorum, donec suo Praelato visum fuerit, ipso jure sint suspensi.

42 Familiales Papae, vel Cardinalium (etsi Cardinales habitassent Romae) atque etiam Episcoporum in curia residentium, post triennium servitium possunt de licentia ipsorum a Vicario Sanctissimi promoveri, dummodo tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeant, & alia a jure requisita. Sic decisum fuisse referunt Armentar. in Addit. ad recopilat. legum Navarr. lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episc. in declar. num. 49. Barbosa loc. citat. num. 19. & alii apud ipsum. Cardinales Presbyteri possunt conferre suis triennalibus familiaribus tonsuram, & ceteros ordines minores. Rota de ceteris. 73. n. 10. part. 1. diversor. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. allegat. 3. n. 15. cum pluribus aliis ibi citatis. Familiaris ut quis ad hunc & similem effectum dicatur, quae requiruntur? Primum, ut habeat. Secundum, ut fuerit destinatus ad aliquod certum servitium. Rota part. 1. recen. de ceteris. num. 3. Barbosa loc. cit. num. 15. Triennium in quo familiaribus commorandum est cum Episcopis ad effectum, ut possint ordinari, sufficit quod inceperit antequam fuisset Episcopus. Sic decisum fuisse referunt Garzias cit. c. 5. num. 83. Barbosa loc. cit. alleg. 5. num. 3. & super Tridentin. sess. 23. de reformat. cap. 9. num. 9. & plures alii ibi citati. Et sic pariformiter est dicendum de triennio familiarium Cardinalium. Triennium hujusmodi debet esse continuum. Campanil. in diversor. Juris canonici rubr. 9. c. 9. num. 12. Navarr. in singul. canon. concl. 103. num. 3. Barbosa d. allegat. 4. num. 6. & super Trident. loc. cit. num. 8. cum aliis ibi citatis.

47 Familiales duos Canonicos sive de cathedrali, sive de collegiata, & non plures pro servitio suae diocesis assumere potest Episcopus; Sacra Congreg. Concil. in Comenian. 9. Septembris. 1628. Familiaris Episcopi Canonici, quem ille declaravit velle pro servitio suo retinere, lucratur integros fructus suae praebendae, quamvis nunquam accesserit ad ecclesiam, nec primam residentiam a statuto illius ecclesiae requisitam fecerit. Sacra Congreg. Concil. in Compostellana 2. Julii 1663. Familiales Episcopi etiam si sint laici gaudent privilegio fori. S. Cong. Episc. & Regul. in Regien. 14. Febr. 1581. & in Turritana 18. Maii 1703. & Sacra Congreg. Immunit. in una Montis Politanii 15. Julii 1647. ubi declaravit ipsos familiares Episcopi gaudere privilegio fori, & posse deferre arma. Familiales etiam Episcopi titularis gaudere debent privilegio fori, ita tamen ut conveniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, ubi degunt, non vero ab Episcopo, seu Archiepiscopo titulari. Sacra Congreg. Immunit. in Regien. 17. Januarii. 1628. Familiales Episcopi, & ministri suae curiae sunt omnino exempti a foro laico. Sacra Congreg. Immunit. in Adjacen. 11. Junii 1704. Etiam familiares Eminentissimorum Cardinalium gaudent privilegio fori. Sacra Congreg. Immunit. in Casenat. 30. Julii 1680. Episcopi tenentur dare nomen suorum familiarium curiae laicali. Sacra Congreg. Immunit. in Panormitana 16. Aug. 1634. Cognitio causae familiaris actualis Archiepiscopi, scilicet Pincerna, defertur arma prohibita vigore edicti publicati a curia Legationis spectat ad forum ecclesiasticum. Sacra Congreg. Immunit. in Ravennat. Decemb. 1680. Quoad carcerationem Praefecti Camerae Nuntii factam a curia laica ob delationem armorum prohibitorum, licet die sequenti excarcerati de ordine Regis, Nuntius declarat excommunicatos & carcerantes, & Corrigitorem qui ordinavit.

vit, ut detineretur in carceribus. Sacra Congreg. Immunit. in Ulyssipon. 6. Junii 1630. In eadem causa datur Nuntio facultas absolvendi Corrigitorem, & alios carcerantes Praefectum Camerae d. Nuntii, qui ob hanc causam missi fuerunt in exilium a Rege. Sacra Congreg. Immunit. in Ulyssipon. 16. Febr. 1681. Ob attentata facta a regis ministris in personam familiaris Archiepiscopi, scilicet Aurigo, carcerati, processati, & justitiam, iidem ministri regii fuere ab eodem Archiepiscopo absoluti in forma ecclesiae consueta. Ex decreto Sacra Congreg. Immunit. in Neapolit. 22. Julii 1670. Fiscalis, quem Episcopus tenet in aliqua civitate, vel castro, in quo spirituales, & temporalem jurisdictionem exercet, tamquam ipsius Episcopi familiaris, gaudet privilegio fori. Sacra Congreg. Episc. 11. Decembris 1626.

Familiales, & ministri Inquisitionis fruuntur indulgentiis, aliisque privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus concessis crucisignatis. Paramus de origin. Inquir. lib. 2. tit. 1. c. 3. num. 8. & c. 4. per tot. Carena part. 1. de offic. Inquir. tit. 14. §. 6. num. 25. Card. Petra tom. 4. Comment. in cons. 19. Innocentii IV. n. 3. & alii passim. Et praesertim possunt deferre arma. Cardinal. Petra ib. num. 4. Familiales Inquisitionis fruuntur privilegio fori Inquisitionis. Ita communis apud Paramus loc. cit. lib. 3. q. 6. num. 27. & Card. Petram loc. cit. num. 5. & 6. & plurimos alios ibi citatos. Familiales, & ministri Inquisitionis in offic. delinquentes puniri debent private ab inquisitore, ut statuitur in Clement. 2. de heret. & notant Gonzalez in cap. Dilecto de offic. Archiepiscopi num. 12. Decian. tr. crim. lib. 5. c. 22. n. 36. Bobadil. in polit. lib. 2. c. 17. & 127. Petra loc. cit. num. 9. & plures a Suprema Inquisitione resolutum refert Card. Albitus de inconstans. in fide c. 29. num. 48. Familiales, & ministri censentur in officio delinquentes, si in usu armorum delinquant, & per hoc puniri debent ab Inquisitore. Carena loc. cit. tit. 14. §. 4. Card. Albit. cit. c. 10. Card. Petra loc. c. num. 10. Tales familiares, & ministri necessarii Inquisitionis, si scilicet sine quibus Inquisitores eorum munus commode exercere nequeunt, gaudent privilegio fori, etiam si extra officium delinquant. Sic in casu Nuntii Inquisitionis Senensis fuisse discussum in Suprema Inquisitione, refert Card. Albit. cit. c. 29. num. 48. vers. Ministri, & vers. Et in puncto, & cum pluribus aliis tenent Card. Petra loc. cit. num. 22. Familiales, & ministri Inquisitionis, sicut nec ipsi Inquisitores, si sint Beneficiati, in eorum absentia non lucrantur de jure distributiones, nisi ad id speciale privilegium obtinuerint. Sic pluries resolvit Sacra Congreg. Concilii, & signanter in Toletana 4. Junii 1595. lib. 8. de ceteris. pag. 40. & in Mediolan. 3. Febr. 1655. lib. 15. de ceteris. pag. 176. Familiales, & ministri Inquisitionis non satisfaciunt praecipito annue communionis per hoc, quod in communione generali fieri solita feria V. in Cena Domini ab Inquisitoribus Eucharistiam sumperint, sed illam sumere debent a proprio parochio, ut resolvit Sacra Congreg. Concil. in Neapolitana 3. Julii 1666. Familiales, in monasteriis Regularium degentes satisfaciunt praecipito paschali recipiendo Eucharistiam ab ipsis Regularibus. Vid. verb. Eucharistia num. 17.

Familiales Episcoporum illi solum gaudere debent privilegio fori, quos in jure, & justa consuetudine loci cujuslibet usque ad hunc diem pro familiaribus, & officialibus habitos & deputatos esse, & haberi, ac deputari solitum est. Benedic. XIV. tom. 1. constit. 85. incip. Alias §. 9. 2. (Circa num. 47. ad 52. inserta, vidi verb. Cancellaria, num. 22. verb. Forum, vers. Ordinem, in add. hispan.)

Agit hic Auctor de familiaribus Papae, Cardinalium.

1) Familiales Episcopi si non habent requisita a Sacrosancto Concilio Tridentino praescripta, nec fori privilegio gaudere, nec utroque in casu arma deferre possunt. (1)
 2) Sancti Officii familiares in causis civilibus, Actores, vel rei fuerint, fori privilegio hand gaudere in Casatella praesertim, & Legionis regno, nullum dubium oritur, nam sic determinate est dispositum; (2) in criminatibus
 (1) Vid. verb. Cancellaria, & verb. Clericus.
 (2) L. 18. tit. 1. lib. 4. cap. 4. De equi adelante en las causas civiles que tratoren los dichos familiares, & de tra-

nalium, tum Episcoporum, at parece pro vastitate materiz. Dissere de iis omnibus latius possemus, sed ne

nimi simus de familiaribus tantum Episcoporum verba faciemus.

Ex

libus vero, præcipue rei cum sint, eo præferuntur, dummodo de exceptis criminibus non fuerit delictum; (2) interque alia in lege comprehensa, omnibus, etiam Coronæ Aragoniæ, specificè est præventum in causis, resolutiones armorum prohibitionem præventives, montium depopulationes, monetæ extraccionem inlibentes, polittamque generalem spectantes, respicientibus. (3)

Sed si casus (prout contingens) occurrat, cujus in tribunali seculari actor, sive reus familiaris fuerit, sit litispensentia, & anteriori, aut eodem in tempore in sanctæ Inquisitionis prætorio idem ventiletur casus, tunc, cum necessaria in utroque instructio ad rectè procedendum consideretur, volentibus Judicibus competentiam formare, (de causis fidei non est sermo) de processu meritis coram altero actiati ex eis quilibet certior fiet; & non aliter ad negotii notitiam investigandam procedere valebit quam per missivam, politticamque papyrum, seu epistolam, ut actorum testimonium consequatur; ita equidem hæ actiones demandantur, ut evitentur, ne de cetero comparere Tabelliones, aut Notarios ad faciendam relationem præcipiatur; sic testimonio præ manibus habito, quivis iudicium efformabit, ac prænotabit, utrum debeat neque competentiam in publicum redigere, per consequens respiciendum inspicietur quietem publicam, sanamque reciprocationem inter Judices tam acceptabilem, & utilem

trataren contra ellos, ó alguno de ellos, los dichos Inquisidores no se entremetan á conocer en estos reynos de la Corona de Castilla y Leon, sino que dexen el conocimiento, y determinacion de las tales causas á los Corregidores y Jueces seglares, como la tienen en las causas civiles de otros legos, y que los Inquisidores no tengan en las dichas causas civiles jurisdiccion alguna sobre los dichos familiares:...

(2) Rad. cap. 5. Que los dichos Inquisidores no tengan jurisdiccion sobre los dichos familiares, para conocer de los delitos que de yuso se hará mencion, sino que el conocimiento y determinacion de ellos quede á los Jueces seglares, como en las causas criminales de otros legos: Cap. 6. lbi: Pero que en todas las otras causas criminales que no son de los dichos delitos y casos arriba exceptuados, quede á los dichos Inquisidores sobre los dichos familiares la jurisdiccion criminal, para que libremente procedan en ellas, y las determinen como Jueces, que para ello tienen jurisdiccion de S. M. y nuestra para ahora, y para adelante: Remis. 16. ejusd. Los familiares de la Inquisicion no gozan del privilegio del fuero en los casos exceptuados en la ley 18. cap. 5. y 6. de este título. Remis. 19. ejusd. En las causas en que se procede sobre haber entrado moneda de vellon en estos reynos, ó sacado la de plata, no tienen privilegio de fuero los familiares y oficiales del Santo Oficio. L. 61. tit. 18. lib. 6. cap. 10. Item, porque no parece han bastado las penas que hasta aquí se han impuesto, y executado contra los que meten moneda de vellon en estos reynos: mandamos que todos: sean condenados en pena de muerte: y que en ninguno de los casos contenidos en esta ley se admitan, ni pueda poner por los reos privilegio alguno de militia, ni de familiar, ó oficial del Santo Oficio.

(3) Rem. Sened. 22. Decembr. 1775. Sabed: que en diez y ocho de Agosto de mil setecientos sesenta y tres, con motivo de lo ocurrido con los Inquisidores de los tribunales de Canarias y de Corte, que querian precisarse á los Escribanos que entendian en unas causas pendientes ante el Corregidor de aquella Isla, y uno de los Alcaldes de mi Casa y Corte, á que fuesen á hacer relacion de ellas á dichos tribunales, y de lo representado en el asunto, así por mi real Audiencia de Canarias, como por mi Sala de Alcaldes de Casa y Corte, á consulta de los del mi consejo de siete de Febrero del mismo año de mil setecientos sesenta y tres, vine en declarar quanto tuve por conveniente, y para su puntual cumplimiento mandé expedir mi real cédula, cuyo tenor es este que se sigue: Don Carlos: Sabed: que por real determinacion, á consulta de los del mi Consejo de veinte y dos de Diciembre de mil setecientos cincuenta y dos, en vista de lo representado por la Audiencia de Mallorca, con motivo de haberse negado el tribunal de la Inquisicion del mismo reyno á dar testimonio á Cristobal Bober de unos autos pendientes en él, entre éste y Mariana Bober, su hermana, en orden á la nueva division de los bienes de la herencia de Don Juan Bober, su padre, y sobre pretender tocárle su conocimiento: está mandado, que los Secretarios del Juzgado civil de la Inquisicion de Mallorca

debían dar las copias y testimonios, que se les mandase por la real Audiencia, de las causas que motivasen la competencia, respecto de no darse estos testimonios para tomar conocimiento en ellas, si bien para instruir el ánimo de los Ministros, á fin de deliberar si se formatá, ó no la contencion ó competencia, executandose lo mismo por los Escribanos de la Audiencia, quando por el tribunal de la Inquisicion se les pidiese, mediante ser esto conforme á la buena armonia que debe haber entre ambos, y lo contrario muy perjudicial á los tribunales, y á la causa pública. Y ahora con motivo de lo representado por mi real Audiencia de Canarias, sobre lo ocurrido con el tribunal del Santo Oficio de la Inquisicion de aquella Isla, en la causa principiada por el Corregidor de ella contra algunos sujetos que estaban cortando arboles en el monte Lantiscal, suponiendo se procedia contra un familiar del Santo Oficio, precisaron al Escribano de dicha causa á que fuese á hacer relacion de ella á dicho tribunal: y de lo representado asimismo por mi Sala de Alcaldes de Casa y Corte, en quanto á la novedad practicada por los Inquisidores del tribunal de Corte, en la causa que á quereilla de la parte estaba pendiente ante uno de los Alcaldes de Casa y Corte, contra Doña Rosa Portero, muger de Don Felipe de la Iruela, familiar que dice ser del Santo Oficio, mandando los referidos Inquisidores, ó el mas antiguo de ellos, que el Escribano oficial de la Sala que como tal entendió en dicha causa fuese á hacer relacion de los autos de la quereilla á su tribunal: En consulta de siete de Febrero de este año me propuso quanto se le ofreció de consideracion para conservar la jurisdiccion real, y asegurar la mas exacta administracion de Justicia, con los exemplares, y providencias dadas en los Reynados de mis gloriosos Predecesores, desde el tiempo de los Señores Reyes Católicos: y por mi resolucion, conforme á ella, he venido en declarar, que el modo propuesto de mandar á los Escribanos, y Secretarios respectivos, así de los tribunales reales, como de la Inquisicion, que den testimonio de lo resultante de autos, es el mas conveniente á ambas jurisdicciones, observándose por una y otra, sin diferencia alguna, pudiendo así enterarse de la razon que tengan, ó dexen de tener, para acudir á formar competencia por su respectivo Consejo, sin que por manera alguna se detenga el concurso del proceso entre tanto, ni se ofenda la autoridad del tribunal, ó Juez que entienda en él: Y en su consecuencia quiero, y es mi real voluntad, que la resolucion citada del año de mil setecientos cincuenta y dos, por lo que toca á la real Audiencia de Mallorca, se observe en todos los restantes dominios de mi Corona, absteniéndose todos los tribunales de la Inquisicion en el abuso de mandar á los Escribanos de los Juzgados reales, que vayan á hacer relacion de los autos originales, por bastar el testimonio que deben dar, pasando por ello un oficio extrajudicial, por medio del Inquisidor mas antiguo, al que presida la real Audiencia, ó regente el Juzgado ordinario: pero sin que por esto en manera alguna de-

ten-

Ex consuetudine primum Episcopi ordinare ceperunt familiares suos triennales, quamvis nec originis,

tenga el curso de la causa, hasta que se formalice la competencia, y reciprocamente los Notarios y Secretarios de los tribunales de Inquisicion deberán entregar iguales testimonios, siempre que se les pidan por el Juez real, ó ministro que presida las Audiencias, ó Chancillerias reales con la misma calidad de no sobreseer hasta la formacion de la competencia: y para evitarlas de aquí adelante en las causas de denuncias de tales, ó generales de policia, en que no hay, ni debe haber exentos de la jurisdiccion real ordinaria, por el dafio que traen á la causa pública semejantes privilegios, como se ha verificado en la causa de Canarias, en la qual el familiar Don Diego de Mesa, abusando de ella taló el monte Lantiscal de aquella Isla: declaro asimismo, no deber gozar fuero en estos casos los familiares, para que con la impunidad que ha experimentado éste, no cometan tales excesos, y que el conocimiento de dicha causa para proceder contra él, y demás cómplices, toca á la jurisdiccion real, conforme á la real ordenanza de montes y plantios, para lo qual concurre tambien el desacato con que respondió al Guarda de dicho monte, que la licencia para cortar estaba en la ancha, y la resistencia á la Justicia para receptor en su casa á dos reos cómplices en la isla, cuyos excesos son casos exceptuados en la Concordia, que privan del fuero familiar, y por la misma razon en las causas de extraccion de moneda fuera del Reyno, y en los vandos prohibitivos de cortas, no gozan tampoco del fuero los familiares, por deber ser la contravencion á los vandos públicos de policia general del reyno casos exceptuados, cuya uniforme observancia en todos los vasallos prevalece á la causa impulsiva, y particular que movió á conceder el fuero; porque la utilidad pública prefiere á la particular. Y habiendose publicado en el Consejo ésta mi real determinacion, acordó su cumplimiento, y para que le tenga, expedir esta mi Carta. Por la qual os mando á todos: Y ahora con motivo de los Autos formados sobre cierta criminalidad por Don Josef Duran y Flores, Alcalde mayor de la ciudad de Cordoba, contra un familiar, y Nuncio asalariado que dice ser del Santo Oficio, despues de haber dicho Alcalde mayor tomado conocimiento de la referida causa, y dado auto de prision, por lo que resultó de la sumaria contra el reo, á pedimento de éste, se libraron por los Inquisidores de aquel tribunal tres despachos en forma de letras, para que el referido Alcalde mayor se inhibiese del conocimiento de dicha causa, y se le remitiese original baxo de varios apercibimientos, conminaciones de censuras, y la multa de doscientos ducados que le impusieron, é intentaron exigirle por no haber dado cumplimiento á dichas letras; pero á todo se resistió el Alcalde mayor, y aquel tribunal lo representó al de la Suprema, y General Inquisicion, el que me consultó quanto se le ofreció en el asunto, cuya consulta remití á los del mi Consejo; para que con vista de ella me expusieran su parecer, como así lo hicieron en doce de Mayo de este año, teniendo presente para ello los autos obrados por el Alcalde mayor de Cordoba, con lo que informo al tiempo de remitirlos, y lo expuesto en su razon por mis Fiscales: Y por mi real resolucion he venido en declarar, y mandar que la Inquisicion de Cordoba, mediante la igualdad de su jurisdiccion real concedida por mi, con la que exercen las Justicias ordinarias en los casos que ocurren de fuero de sus familiares, y ministros legos con las Justicias seglares, y Jueces ordinarios use del tratamiento de Señor que se les debe, y se lo den en sus providencias, y despachos, los que dirija siempre por la misma razon en forma expresa de requisitorias ó exhortos, ó por papeles misivos del Inquisidor mas antiguo ó por via de conferencia; y se abstenga de mandatos explicitos é implicitos, quando se trate de competencias, como tambien de otras qualesquier cláusulas, que signifi-

que superioridad, y consiguientemente de hacer apercibimientos, conminaciones, multas y penas, y mucho mas de censuras, declarando como declaro por abuso qualquiera práctica contraria ó diversa, como opuesta á la debida armonia y atencion que los Jueces deban guardar entre sí, quando disputen de su respectiva competencia y jurisdiccion: Y asimismo he venido en mandar, que en lo sucesivo se guarde, y cumpla inviolablemente lo prevenido en la ley diez y ocho, libro quarto, título primero de la nueva Recopilacion y sus articulos, con la citada mi real cédula de diez y ocho de Agosto de mil setecientos sesenta y tres, por ser qualquiera alteracion, ó interpretacion perjudicial á mi real servicio: que en lugar de exhortos se proceda por oficios, comunicándose así á los Jueces ordinarios, como á los de Inquisicion testimonios de sus autos y razones legales, con arreglo á la misma real cédula inserta: y que en todos, y qualesquier casos dudosos que se ofrezcan, y ocurran entre la Inquisicion y Jueces ordinarios, y Justicias seglares, procedan reciprocamente con la mas atenta correspondencia, tranquilidad y buena armonia: Y esto mismo encargo al Corregidor, y demas Jueces y Justicias ordinarias de la ciudad de Cordoba. Y habiendose publicado en el Consejo esta mi real determinacion acordó su cumplimiento, y para que le tenga expedir esta mi Carta. Por la qual os mando á todos, y á cada uno de vos en vuestros lugares, distritos y jurisdicciones, que luego que la recibais, observéis y guardéis, y hagais guardar, cumplir y executar en todo, y por todo inviolablemente lo prevenido en la ley diez y ocho, libro quarto, título primero de la nueva Recopilacion y sus articulos, con la citada real cédula de diez y ocho de Agosto de mil setecientos sesenta y tres, que va inserta, con quanto en esta mi Carta queda expresado, sin contravenir, ni permitir que se contravena á ello en manera alguna, antes bien para su entero cumplimiento dareis y hareis dar, y que se den las ordenes y providencias que se requirieran, haciendo que esta mi cédula se ponga con las ordenanzas de buen gobierno en mis Consejos, Chancillerias, Audiencias y demás tribunales, y que de ella se ponga copia integra en los libros capitulares de la ciudad de Cordoba y de cada pueblo, para que el Escribano de Ayuntamiento, luego que se dé la posesion al Corregidor, y demás Jueces y Justicias, y se les reciba al uso de sus respectivos empleos, se la haga saber para su debida inteligencia, y exacta observancia, sin excusa alguna por falta de noticia, ni por otra razon, por convenir así á mi real servicio, y ser esta mi real voluntad. L. 29. tit. 19. lib. 1. Ind. cap. 25. Item, que por excusar toda manera de competencia entre los Inquisidores y Audiencias reales, y las otras nuestras Justicias seglares sobre el conocimiento de las causas criminales de los familiares, fuera del crimen de la heregia, ó dependiente de ella, y que se conserve entre ellos toda buena paz y correspondencia: Mandamos, que de aquí adelante, quando se ofrecieren las dichas causas de competencia, el Oidor mas antiguo de nuestras Audiencias reales de Lima ó México respectivo, se junten con el Inquisidor mas antiguo de dicha Inquisicion, y ambos confieran y traten sobre el negocio en que hubiere la dicha competencia, y procuren concordarlo por la via y orden que mejor les pareciere; y no se concordando los dichos Inquisidor y Oidor mas antiguo, que los Inquisidores nombren y escojan tres dignidades eclesiásticas, y de ellos el Virrey elija uno, que se junte con dichos Inquisidor y Oidor mas antiguo, y se guarde lo que pareciere á la mayor parte: y si no la hubiere, por ser todos tres votos singulares, el Virrey vea la causa, y se guarde el parecer con quien conformase.

hæc consuetudo ortum habuit à Concil. Arausic. I. sub Leone Papa I. celebrato. Consuetudinem hanc approbarunt deinde Conc. Trident. sess. 23. c. 9. de Reform. & S. P. Innoc. XI. in celebri constitutione, quæ incipit. Speculatores, sed certis additis conditionibus. Et constitutionem hanc comprehendere etiam Cardinales Episcopos, ut nequeant familiares suos ordinare non servatis legibus ab ipsa præscriptis, refutato Moreno, probat Monacell. in Formular. tom. 3. pag. 331. num. 48. & sequent.

72 Plura vero concurrant oportet, ut Episcopus ordinare valeat familiares suos triennales. I. Quod ordinet cum literis testimonialibus Episcopi originis, seu domicilii. Idque additum fuit à dict. constitutione, & à Sac. Congreg. Concil. interp. in Laquedonien. seu Bitunina Ordinationis 16. Novem. 1709.

73 II. Quod triennium sit continuum, nec notabili aliquo spatio temporis interruptum; ut refutato pariter Moreno firmat Monacell. formular. pag. 232. n. 43. & seq. Sufficit vero, quod triennium sit inceptum ante promotionem ad Episcopatum, ut rejecto Lamperez probat Riganis in comment. Ad Regul. Cancellar. XXIV. §. 3. n. 14. & plur. sequent.

75 III. Quod familiaris toto triennio tempore manserit sub oculis, & præsentia Episcopi, illius obsequio, & servitio addictus. Quare si manserit extra diocesim, & civitatem, in qua Episcopus residet, quamvis expensis Episcopi, non poterit ab eo ad ordines promoveri, Monacel. eodem loco pag. 233. num. 57. ubi refutat Morenel, qui tenet familiarem non in ædibus episcopalibus, sed tantum intra diocesim Episcopi domini sui, aut licet extra diocesim, prope tamen ipsum manentem non prohiberi ad ordines ratione absentie promoveri. Cohabitatio vero in eodem palatio Episcopali non requiritur, ut reprobat Lamperez firmat Riganis ubi supra n. 151.

78 Nequit autem Episcopus, ut recte monet Auctor n. 36. nepotes, & consanguineos suos secum simul in eodem palatio, etsi per triennium habitantes, & ab ipso vicium recipientes, ordinare, nisi revera inserviant, ita ut sint familiares. De eo vero questio est, an Episcopus ordinare valeat familiarem triennalem familiaris sui. Et affirmat Riganis eodem loco num. 163. & seq. dummodo subfamiliaris ille vivat expensis ipsius Episcopi, & sub eius oculis una cum familiari semper manserit.

80 IV. Quod conferat ordinato intra mensem à die factæ ordinationis beneficium sufficiens ad congruum sustentationem juxta taxam diocesis ejusdem Episcopi domini, & ea deficiente juxta morem regionis. Quod si beneficium sit tenue, nequit quod deest suppleri adjectione patrimonii, vel etiam pensionis, & quidem non obstante necessitate, vel utilitate ecclesie. Ceterum si Episcopus familiari, seu Clerico ante-completum triennium familiaritatis beneficium sufficiens conferat, non prohibetur illum ulterioribus ordinibus insignire triennium nondum elapso. Hoc enim casu ordinatio non sequeretur ratione familiaritatis, sed beneficii; Riganis. loc. cit. num. 161.

82 Reliquum est, ut examinemus, an Episcopus sicuti potest ordinare familiarem suum triennem, ita impertiri ipsi possit literas dimissoriales, ut ab alio Episcopo ordinari valeat; Negat post alios Ferosin. in c. Quod translationem q. 5. n. 28. de tempor. ordin. At cum Auctore affirmat Riganis. ubi supra n. 167. & plur. seq. idque quia si licet Episcopo quod plus est ordinare, licere debet quod minus est concedere dictas literas dimissoriales. (Vid. lit. A pag. 154. col. 2. n. 6.)

FAMULI, FAMULÆ.

SUMMARIUM.

FAMULI, & Famule monialium nullum habent privilegium sumendi sacramenta, neque sepulturam habendi in ecclesia monialium; sed subjiciuntur parochio, sicut ceteri parochiani; qui tanquam parochiani considerantur, ad num. 3.

4. Quam obligationem in obsequio, suisque operibus domi-

no prestare famuli & famule debeant; quando exco-
censentur, & que eidem permittantur, ad num. 18.

19. An possint judaici, heretici &c. famulari, ad S. P.

26. Quæ retentiones permittuntur eis hisce facere, ad n. 28.

29. De quibus rebus elemosinas facere.

30. Nova addition. ex aliena manu, ad num. 36.

FAMULI, & Famule, quæ inserviunt monasteriis monialium quamvis exemptarum, nullum habent privilegium; sed sicuti ceteri alii parochiani tenentur adimplere præceptum paschale in ecclesia parochiali, & ibi sepeliri debent, si alibi non elegerint sepulturam, nec habeant proprium sepulchrum majorum; Ad proprium parochum spectat eisdem ministrare sacramenta, dum sint infirmi, & ad sepulchrum eosdem associare, non autem ad Confessarium monialium, ut respondit Sac. Congreg. Concil. in una Loosien. 24. April. 1685. & in alia Spolet. 19. April. 1691. Inter famulas monialium, S. Mathæi Congregationis Lateranensis, quæ habitabant in domo extructa inter cortile, sive atrium monasterii, & parochum Sancti Martini, intra cujus parochie limites monasterium existit; & novissime in Ulisponen. occidentalis 19. Septem. 1722. Famuli Regularium, qui tantum ipsorum monasterii deserviunt, sed in eis non sunt de familia, nec continui commensales, & cum secularibus exteris extra monasteria habitant, subjacent quoad sacramenta, & sepulturam proprio parochio, sicuti ceteri alii parochiani. Vid. verb. Approbatio n. 69. & verb. Eucharist. n. 18. Famuli autem, qui sunt continui commensales in monasteriis Regularium degentes, subjacent omnino ipsis Regularibus quoad sacramenta, & sepulturam independentem ab Episcopis, & Parochis. Vid. verb. Approbatio d. num. 66. ad 68. & verb. Eucharist. num. 17.

Famuli, & famule tenentur suis dominis aliquo modo prestare ea, quæ filii parentibus, scilicet amorem, reverentiam, & obedientiam; sunt enim illi quasi loco parentum. Ex Communis cum S. Thom. 2. 2. q. 303. Reginald. l. 30. n. 62. Hinc sequitur graviter, & tenentur ad compensationem damni, si non laborant, & fideliter non serviunt juxta pacta conventa, & juxta conditionem, & qualitatem suæ servitutis; Lessius lib. 2. c. 24. & communis aliorum. Item graviter peccant, si grave damnum inferant, vel inferri permittant, cum impedire possint, Navarr. c. 4. n. 22. Reginald. loc. cit. & alii communiter. Etsi tale damnum inferatur (sive à famulis, sive ab extraneis) in rebus, quarum cura est eis specialiter commissa, ultra quod graviter peccant, tenentur insuper ad restitutionem; Lessius c. 23. n. 75. Filliuc. tom. 37. n. 114. Molina, & alii passim. Item graviter peccant, si sine gravissima causa discedant à domino ante terminum elapsum. Communis. Item graviter peccant, si in rebus magni momenti non obediunt dominis. Communis. Item graviter peccant, esculenta, & poculenta domo asportando, aut vendendo, & licet hæc solum per pauca furta faciant magnam summam totalem, adhuc sub mortali tenentur ad restitutionem, unde merito Innocent. XI. 2. Mart. 1679. Inter alias damnavit sequentem propositionem 38. in ordine: "Non tenetur quis sub pena peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis." Excusantur tamen facilius, si ea domi consumant, cum in his domini sepe tantum sint invit quoad modum accipiendi clam, non quoad rem; dummodo tamen non sint extraordinaria, & magna quantitate, vel domini expresse ipsis prohibeant ut talibus esculentis, & poculentis; Layman, Escobar cum Busemb. lib. 3. p. 1. tract. 5. c. 1. dub. 4. n. 10. Less. loc. cit. n. 43. ubi docet, quod furta minima famulorum ex comestibilibus, quæ claudi non solent, non coalescant, si non ad avendendum, sed ad comedendum tantum accipiantur. Quomodo sententia Laymani, Escobati, Busemb. & Lessii sustineri possit post damnationem propositionis 38. inter damnatas ab Innocent. XI. prorsus ignoro. Scio Theologos etiam magni nominis in hac esse sententia, ut si aliquando famuli comestibilia degustent, non statuit eos peccati esse damnandos. At vero, asse-

rere quod furta minima famulorum ex comestibilibus non coalescant, salvo meliori judicio, à nimia laxitate non excusantem.

(Postquam tit. 19. p. 4. de obligationibus inter patrem, & filium agitur, ad eas fit transitus, quas filii expositi, & à parentibus ejecti nutritoribus prestare tenentur, sic tit. seq. in cujus legitur demonstratur officium, quod in honore & reverentia versus eosdem consistit, nam summopere sunt astricti; quamvis in dict. tit. de famulis proprie sic nuncupatis nullum verbum adficiatur, multum facit ad rem lex 3. in quantum ad venerationem, & subjectionem dirigitur; haud nocuum tamen præbet lex 5. tit. 21. ejusd. p. ubi demandatur, servum domino obedire teneri, commodum ejus curare, atque præjudicia, quæ eidem possunt obvenire, præcavere: idem cum uxore, & filiis: in omnibus auxiliari etiam vitam exponat; non discrepat lex 16. tit. 8. p. 7. De famulis hæc loquitur etiam videtur, nam de servitibus, & servis est sermo; vide gloss. earum decisionum, & quæ de servo circa obsequia, & operas domino præstandas prædicantur seu referuntur ad famulos, dum sui corporis periculum desit, extendi animadvertentes. Conducunt quæ in exordio addit. novis. hisp. lit. A pag. 147. col. 1. sunt inserta.

Ad quid teneantur domini, & famuli, tempus ad famulatum præstitum non adimpletes, Lex 8. tit. 4. lib. 4. For. Reg. ostendit; si per illum, ne impleatur, steterit, est integra totius anni merces solvenda: si per famulum, eam amittit, eademque in domini favorem in penam duplicatur: quapropter servituri videtur, neque famulum coactum esse in famulatu retinendum, neque dominum debere involuntarie illius uti servituri bene hic in corroborationem forsan aptabitur ratio ob quam in societatis contractu vid. id. verb. Societas: specialitas ad ejus dissolutionem advertitur, nam re-nuente, et sic contradicente ex sociis aliquo, dissolvitur: necnisi jus quoddam fraternitatis in simili datur contractus; ideo nequit quis invitatus in communione retineri, utpote discordias excitari, quod præcavendum venit, est consequens; vid. leg. 11. & 14. tit. 10. p. 5.

Præter ea; uno casu dumtaxat excepto, lex 2. tit. 20. lib. 6. Recop. Castellæ (Regia in Scheda 6. Octobris an. 1768. §. 20. comprehensa, atque in instructionis implementum Judicium hispano sermone Alcaldes de Barrio expedita) idem fere determinat: datur in dicta lege & §. 20. instruct. distinctio inter casum, quo domini famulum dimiserit, vel se dimittat: In hoc, nisi venia domini intercedente, in eadem nec civitate, oppido, villa, aut pago, neque eorum suburbis ab alio ad servitium pro mercede efficiendum poterit admitti: non denegatur, alteri cujusvis artificii ad exercitium, agrorum culturam aut laborem dedit posse, dummodo fraus seu dolus abierit, secus autem, viginti dierum spatio debet carceribus mancipari, ac annale patri exilium: eundem famulum recipiens sex millium mapepetinorum exactione plectetur; in illo id est dum dominus dimisit, à quolibet potest recipi, domique ejus ad inserviendum ingredi, præcedente quoque dimittentis notitia: verumtamen si se dimittit servitor, pecunia extra debitam mercedem accepta, vel alia re qualibet, ad prosequendum in famulatu est compellendus: semper his ultimæ præscriptis presentibus, ad penas primo loco adnotatas aditus in contravenientes famulos, quocumque reperitur patefit. Consule de eorum observantia, nam in tam permultis exemplis, & casibus in hac villa Matritensi occurrentibus, per me aliquis, in quo prædictæ decisiones vigorem retineant, non est animadversus: dumtaxat domini, qui quemcumque in famulatum recipere intendunt, de ejus probitate, & motibus Inquisitiones efficiunt: numquam, etsi bonum testimonium, si bene moratus fuerit, præbere tenentur, aut secreto commoneat, si male, obsistunt.

Omnibus interdicitur, poculentis aut esculentis aliquid, ordeum, paleam, ligna, quidvis simile ad usum domesticum accommodatum, seu ejus supelectilia à famulis, & inserviendis comparare: aliter in penam, qua furtum celantes puniuntur, incidunt; leg. 5. tit. 20.

lib. 6. Recop. Cast. Conducit lex 16. tit. 11. lib. 5. ejusd. vid. 9. tit. 10. lib. 3. For. Reg. etiamque leg. 25. tit. 20. p. 1. prope med.

Vix erit mihi excusabile crimen, si referre quæ per reg. Schedul. 16. Septem. & 26. Octob. ann. 1784. disposita fuere, hic præmittitur: mercenariis, operariis, artificibus, seu famulis ut quantumvis merces, si-ve salarium satisfiat, utriusque est obiectum: ideo per primam, postquam necessitas demonstratur, omnes dilaciones in eorum solutione vitandi, decernitur judici ordinario, de hujusmodi causis cognitionem assumere, privative competere, cujuscumque qualitatis fuerit reus, exceptis militiæ adscriptis, dum commilitones comitantur, aut alii muneri incumbunt: nam in casibus judex ordinarius competens non diffidat: & omnes debitores ex die factæ judicialis interpellationis sex pro centum regalibus usquequo integrum solvatur debitum, præbere tenentur: itaque à creditoribus similibus victoria litis reposita, in decursas quantitates ratione redditus prædicti condemnandi veniunt debitores; per secundam, cum nihil expresse circa famulos fuerit decisum, tria tantum regalia pro centum in similibus super salariis prosequutionibus fuerunt præscripta in ceteris non innovando.)

Famulus illicitè cooperatur peccato domini per actiones, quæ per se, & proxime ad illud peccatum concurrunt; La Croix lib. 2. c. 253. Etiam peccat ponendo actiones de se, & secundum suum esse physicum indifferentes, quoties hic, & nunc sunt proxime ordinatæ ad peccatum, ut admoveat scalas, aut humeris sustentare volentem ascendere ad stuprandam virginem, vel ad occidendum hostem; Viva Supra propositioni 51. num. 4. ex damnatis ab Innoc. XI. La Croix loc. cit. num. 253. Etiam peccat mortaliter tales actiones multoties ponendo, nec potest à culpa excusari ob quemcumque metum; Viva loc. cit. n. 4. La Croix loc. cit. num. 254. & ratio est, quia actiones, seu operationes illæ positæ in illis circumstantiis videtur per se, & proxime tendere ad peccatum, unde sunt intrinsece malæ, nec possunt ex vlla causa cononestari. Hinc justissime Innocentius XI. 2. Mart. 1679. Inter alias damnavit sequentem propositionem 51. in ordine: "Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne domo male tractetur, ne torvis oculis aspicatur, ne domo expellatur." Item peccat famulus, qui scribit, vel ad alterum defert literas, aut nuntia directendentia ad peccatum, o. gr. ad fornicationem, vel duellum; ita Sanchez, Bonacina, Rebellus cum La Croix l. c. n. 273. Et ratio est, quia dicunt ipsi, hæc nuntia, & hæc literæ sunt intrinsece malæ, & sic sentit Viva loc. cit. n. 5. ubi cum Navarr. contra Sanchez lib. 1. c. 8. n. 12. docet peccare famulum comitando herum ad lupanar, & comitando concubinam ad domum heri. Immo Viva ib. n. 5. in fine nec subscribit sententiæ Sanchez loc. cit. num. 29. putantis quod sola ratio famulatus sufficiat, ut licite possit famulus jussu heri deferre concubinæ manusculam, aut esculenta: cum enim hæc manuscula, dicit ipse, foveant ignem tartareum, major causa videtur requiri ad reddendas licitas hujusmodi actiones. Si famulus dubitet, an literæ deferendæ contineant turpia, vel aliquid aliud intrinsece malum, licite potest eas deferre, quia famulus tenetur obedire, ubi non est peccatum, & in dubio stat præsumptio pro domino; Castropal. Rebell. & alii cum La Croix loc. cit. num. 273.

Famuli, & famule coacti laborare die festo, si non audent recusare, ex quo prudenter timeant se posse dominos suos ad gravem indignationem commovere, & inde sibi magna evenire incommoda, possunt aliquoties licite laborare. Quod si tamen frequenter contingit, eos deserere debent; Layman lib. 4. tract. 7. cap. 4. num. 3. Illung. tom. 5. num. 177. La Croix lib. 3. p. 1. n. 595. Busemb. lib. 3. part. 1. tract. 3. cap. 1. dub. 2. Suarez, & alii passim. Famuli, & famule excusantur ab audienda mis-